*MASTER NEGATIVE NO. 91-80176-3*

*AUTHOR:*

PLINIUS CAECILIUS SECUNDUS, C.

*TITLE:*

PANEGYRICORUM LATINORUM ...

*PLACE:*

GRONINGAE

*DATE:*

[1910]

Master Negative #

91-80176-3

# COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
# PRESERVATION DEPARTMENT

## BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Panegyricus. 1910.

87P72
SF10 Plinius Caecilius Secundus, C
Panegyricorum Latinorum editionis novae praefatio maior. Accedit Plinii Panegyricus exemplar editionis; specimen literarium inaugurale quod ... submittet Guilielmus Adolphus Baehrens ... Groningae, apud J. B. Wolters, ⌐1910⌐.
175 p. 24 cm.

Baehrens thesis. Groningen.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 8/7/91 INITIALS ER
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

# PANEGYRICORUM LATINORUM EDITIONIS NOVAE PRAEFATIO MAIOR ACCEDIT PLINII PANEGYRICUS

EXEMPLAR EDITIONIS.

W. A. BAEHRENS.

GRONINGAE APUD J. B. WOLTERS, ANN. MCMX.

PANEGYRICORUM LATINORUM EDITIONIS NOVAE PRAEFATIO MAIOR. ACCEDIT PLINII PANEGYRICUS EXEMPLAR EDITIONIS.

Pliny, the younger

# PANEGYRICORUM LATINORUM EDITIONIS NOVAE PRAEFATIO MAIOR. ACCEDIT PLINII PANEGYRICUS EXEMPLAR EDITIONIS.

SPECIMEN **LITERARIUM INAUGURALE** QUOD EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI **J. W. MOLL** IN FACULTATE DISCIPLINARUM MATHEMATICARUM ET PHYSICARUM PROF. ORD., AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU ET NOBILISSIMAE FACULTATIS PHIL. THEOR. ET LIT. HUM. DECRETO PRO GRADU DOCTORIS SUMMISQUE IN LITERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS IN ACADEMIA GRONINGANA RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS PUBLICO AC SOLLEMNI FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

GUILIELMUS ADOLPHUS BAEHRENS,
GRONINGANUS.

DIE XVI MENSIS APRILIS ANNI MCMX HORA III

GRONINGAE, APUD J. B. WOLTERS.

AEMILII BAEHRENSII

PATRIS

PIAE MEMORIAE.

*Tirocinium in lucem emissurus imprimis tibi gratias ago, clarissime* van Wageningen, *promotor aestimatissime, qui quondam puerum me linguae Latinae elementis imbuisti, nunc idem studiis meis Academicis finem es impositurus. Pro omnibus beneficiis, quae tot per annos in me contulisti, pro magna opera, quam in hoc opere condendo mihi navasti, semper tibi devinctum me scias. Nec minus tuarum semper recordabor lectionum, clarissime* Boissevain, *qui, ratio historica quid sit, quid valeat, quid efficiat, quinque per annos discipulum docuisti. Vobis quoque, clarissimi* Heymans, Kern, Sijmons, *quorum lectionibus longius brevius interfui, multum me debere libens confiteor. Tibi autem, clarissime* Vollgraff, *pro voluntate in hoc opere praeparando mihi praestita gratias nunc rependo.*

*Pio semper animo tui colam memoriam, clarissime* Polak, *quem fata nimis dira doctrinae discipulisque praemature eripuerunt.*

*Quanta denique vos, clarissimi* Leo, G. Meijer, Wackernagel, *Gottingae me devinxeritis eruditione, quanta peregrinantem exceperitis comitate, non facile exprimam. Vestrarum quoque lectionum, clarissimi* Wissowa, Robert, *quibus olim ter per menses Halis Saxonum commoratus interfui, numquam obliviscar. Utinam tibi,* Friderice Blass, *cui tanta debeo, vivo grati animi testimonium offerre licuisset!*

*Nec non permagnae gratiae agendae sunt vobis, viri amplissimi, qui Societati Ultraiectinae ad Studia philologica et archaeologica promovenda praeestis; liberalitas enim vestra effecit, ut illas viserem regiones splendidas, quae litterarum artis historiae monumentis abundantes antiquitatis amorem iniciunt animo philologi numquam elapsurum.*

## INDEX.

Pag.

I. Prolegomena.

CAPUT I. De codicibus.
A. Codicum stemmatis dispositio . . . . . . 2
B. Quaeritur quae ex stemmatis dispositione et codicum collatione lucremur . . . . . . 20

CAPUT II. De clausulis rhetoricis a Plinio ceterisque Panegyricis adhibitis.
A. Plinii clausulae . . . . . . . . . . . 36
B. De clausulis a ceteris Panegyricis adhibitis 44

CAPUT III. Animadversiones criticae.
A. De glossematis . . . . . . . . . . . 63
B. De vestigiis posterioris Latinitatis . . . . 69
C. De nonnullis locis corruptis . . . . . . 78
Appendix . . . . . . . . . . . . . . 84

II. C. Plini Caecili Secundi Panegyricus Traiano Imperatori dictus adnotatione critica instructus . . . . 90

# PANEGYRICORUM LATINORUM NOVAE EDITIONIS PRAEFATIO MAIOR.

Curriculo Academico absoluto cum Gottingae studiis continuandis sex per menses agerem, GUILIELMUS MEYER, clausularum rhetoricarum legum — recte si iudicamus — primus inventor, ut clausulas Panegyricorum Veterum Latinorum tractarem, saepius mihi suasit. Nec minus idem vir clarissimus legibus illis implicitis aliquatenus imbutum me admonuit, ut postea novam Panegyricorum editionem curarem, opus a patre susceptum a filio potissimum pro temporum rationibus supplendum esse affirmans. Cuius consilio libentissime quidem oboediebam, difficultatibus autem saepius ne obruerer timentem semper promotor aestimatissimus et amicissimus JACOBUS VAN WAGENINGEN maxime sublevavit adiuvitque, nec non FRIDERICUS LEO et Gottingae et postea litteris in multis rebus dubiis haerenti viam monstravit. Eodem auctore codicem Upsaliensem Gottingae ut conferrem mihi contigit et Teubner editor ille Lipsiensis novam Panegyricorum editionem mihi curandam mandavit. Quo mandato laetissime affectus pulcherrima illa peregrinatione Italica suscepta omnes fere codices primo Florentiae et Romae, deinde Parisiis et Londinii, denique Monaci, Venetiae, Cesenae aut contuli aut inspexi. Quae omnia ut facere possem, imprimis clarissimi collegii, quod 'Bestuur van het Utrechtsch Philologisch Studiefonds' appellatur, summa liberalitas effecit. Nec minus omnibus bibliothecarum aditarum praefectis pro indulgentia et benevolentia multum debeo. Hisce igitur copiis instructus ita materiem digessi, ut postea omnium

Panegyricorum editionem minore praefatione addita in lucem emissurus, dissertatione mea praefationem maiorem et C. Plinii Secundi Panegyricum exemplar editionis complecterer, praefatio autem illa e tribus capitibus constaret, quorum primum de codicibus, secundum de clausulis rhetoricis, tertium de glossematis, de vestigiis posterioris Latinitatis, de locis corruptis ageret. Multa enim, in ipsius editionis praefatione omittenda, in subsequenti disputatione fusius tractare a dissertationis natura ac ratione minime abhorrere putabam. Sed haec quidem hactenus; ipsum aggrediamur opus.

## CAPUT I: DE CODICIBUS.

### A. CODICUM STEMMATIS DISPOSITIO.

Codices adhibiti hi sunt [1]):

H = cod. Harleianus [2]) 2480 chart. in 4 f. 109 s. XV ipse post Aem. Baehrens, cuius collatio in bibl. Groningana (cf. Brugmans Cod. Gron. catal. n⁰. 568) adhuc exstat, denuo contuli.

A = cod. Upsaliensis [3]) 'Scr. Lat. 18' membr. in 4 f. 199 s. XV ipse post Baehrens et Strömberg (cf. Eranos II p. 46) denuo contuli.

B = cod. Venetus Marc. [4]) 436 membr. in 4 f. 156 s. XV ipse post Baehrens hic illic inspexi.

$B^1$ = cod. Barberinianus VIII 88 membr. in 8 f. 67 s. XV ipse post Suster hic illic inspexi.

L = cod. Laurentianus 1017 membr. in 8 f. 252 s. XV ipse post Suster denuo contuli.

$M^1$ = cod. Venetus Marc. cl. XI cod. XII membr. in 4 f. 136 s. XV ipse (post Suster) denuo contuli.

[1]) In codicum enumeratione eam secutus sum rationem ut post AH — quippe qui codices maximi sint momenti — singularum regionum coniunctim ordine alphabetico conservato exhiberem libros. — [2]) cod. Harleianus duabus manibus exaratus est, altera Pan. I 1—Pan. I 67.1, altera Pan. I 67.1 usque ad finem v. infra. — [3]) de codice Upsaliensi cf. ed. Aem. Baehrens (Lipsiae 1874) praef. XI sqq. et infra. — [4]) huius ceterorumque (praeter $M^2$ $M^3$ Mal.$^2$ Parisinos Add.) codicum descriptionem habes accuratissimam apud Suster: Notizie e Classificazione dei codici contenenti il Panegyrico di Plinio a Trajano Riv. de Fil. e Istruz. Class. XVI (1888) p. 512 sqq.



$M^2$ = cod. Venetus Marc. cl. XI cod. II chart. in fol. f. 213 s. XV ipse primus inveni et contuli.

$M^3$ = cod. Venetus Marc. cl. XIII cod. CXIX chart. in fol. f. 40 s. XV ipse primus inveni et contuli.

Mal. = cod. Malatestianus plut. 17.5 sin. membr. in fol. f. 76 s. XV ipse primus accuratius inspexi.

Mal.$^1$ = cod. Malatestianus plut. 20.2 sin. membr. in 4 f. 131 s. XV ipse primus inveni et contuli.

Med. = cod. Mediolanensis (olim Patavinus) AD XIV 40.4 chart. in 8 f. 71 s. XV contulit Schwarz [1]).

O = cod. Ottobonianus 1215 chart. in 8 f. 154 s. XV ipse post Suster et Kukula [2]) denuo contuli.

$O^1$ = cod. Ottobonianus 1303 chart. in fol. f. 138 s. XV ipse contuli (post Suster).

$R^1$ = cod. Riccardianus 619 chart. in 8 f. 252 s. XV ipse post Baehrens passim inspexi.

r = cod. Reginensis 1475 membr. in 4 f. 163 s. XV ipse post Mau (Pan I) et Kaibel (II—XII) denuo inspexi.

U = cod. Urbinas 314 membr. in 4 f. 172 s. XV ipse post Suster hic illic inspexi.

$U^1$ = cod. Urbinas 1156 membr. in 8 f. 70 s. XV ipse post Suster hic illic inspexi.

V = cod. Vaticanus 1776 membr. in 4 f. 156 s. XV ipse post Baehrens hic illic inspexi.

$V^1$ = cod. Vaticanus 3461 membr. in 4 f. 122 s. XV ipse post Baehrens hic illic inspexi.

W = cod. Vaticanus 1775 membr. in 4 f. 122 s. XV ipse post Baehrens denuo contuli.

w = eiusdem codicis manus secunda.

a = cod. Augustanus 118 chart. in 4 f. 139 s. XV ipse post Keil [3]) rursus contuli.

D = cod. Durlacensis (olim Schwarzianus) 36 membr. in 4 f. 136 s. XV postremum Baehrens contulit.

[1]) cf. editionem Plinii Panegyrici Norimberg 1746. [2]) cf. C. Plinii Caec. Sec. Epist. Libr. novem, Epist. ad Traianum liber, Panegyricus recensuit R. C. Kukula Lipsiae 1908. [3]) cf. C. Plinii Caec. Sec. Epist. Libr. novem, Epist. ad Traianum liber, Panegyricus ex recensione H. Keil Lipsiae 1870.

G = cod. Wolfenbuttelanus 45 chart. in fol. f. 117 s. XV postremum Keil (Pan. I) et Jaeger [1]) contulerunt.

m = cod. Monacensis 309 chart. in fol. f. 324 s. XV postremum Baehrens contulit.

m¹ = cod. Monacensis 756 chart. in fol. f. 185 s. XV ipse hic illic inspexi.

u = cod. Vindobonensis 48 membr. in fol. f. 191 s. XV Pan. I postremum Keil, Pan. II—XII propter editionem Baehrensii Hilberg contulit.

u¹ = cod. Vindobonensis 141 membr. in 4 f. 105 s. XV postremum Schwarz contulit.

P = cod. Parisinus [2]) 8556 membr. in 4 f. 231 s. XV ipse (post Burnouf) contuli.

P¹ = cod. Parisinus 7805 membr. in 4 f. 139 s. XV ipse (post Burnouf) contuli.

P² = cod. Parisinus 7807 membr. in 4 f. 217 s. XV ipse primus contuli.

P³ = cod. Parisinus 7840 chart. in 8 f. 103 s. XV ipse (post Burnouf) contuli.

P⁴ = cod. Parisinus 7841 chart. in 8 f. 163 s. XV ipse primus contuli.

Add. = cod. Additamentum 16983 in velo in 4 f. 199 s. XV ipse primus contuli.

Codices a B L Mal.² Med. O u¹ U¹ solum Plinii Panegyricum continent, M³: Pan. IV III VII VI.

Accedunt: R = fragmenta codicis rescripti Ambrosiani ord. sup. E 147, saec. VII/VIII, continent I 7.4: 'uterque optimus' — I 8.5: 'tumultus fuisset'; I 78.4 'verecundiae' — I 80.3 'principis atque'; I 85.6 'amicos parare' — I 86.6 'et ille quidem' — postremum Kukula contulit.

Bert. [3]) = cod. Bertinensis, cuius codicis a Fr. Modio collati

---

[1]) cf. Panegyrici veteres quos ... recensuit ac notis integris ... aliorum additis etiam suis instruxit et illustravit Wolfgang Jaeger, Norimberg 1779. — [2]) cod. Parisinus 8556, qui epistolas quoque Plinii continet (f. 1—98) duabus manibus scriptus est 1) Ep. I 1—Pan. V 9.5 2) Pan V 9.5 usque ad finem; porro Pan. IX 18.1 'altor copiis subve . . .' usque ad finem huius Panegyrici omissus est; in Par. 7807 Plinii Paneg. deest; codd. Par. 7805, 7840, 8556 iam a Burnouf in editione Pan. Plinii Parisiana (a⁰ 1834) adhibiti sunt. — [3]) quamquam lectiones eius per Livineium tantum nobis notae sunt, hic iam enumeratur, quod in subsequentibus de eo disputandum est.



lectiones a Marco Welsero Livineius dono accepit; quarum numerum Livineius in editione sua exhibet.

Codices ex catalogis tantum mihi noti (cf. etiam Baehrens Mus. Rhen. XXX (1875) p. 464 sq.):

Brux. = cod. Bruxellensis 10026—10032 in velo in 4 f. 176 saec. XV.

Matr. = cod. Matritensis V 210 (in 4⁰ aut 8⁰) f. 179 saec. XV [1]).


---

Quos e codicibus supra commemoratis Aem. Baehrens in editione sua (Lips. 1874) adhibuit — in qua editione primum vera critica ratio inita est — eos optimo fere omnes iudicio in suas familias divisit. Codicis Upsaliensis (A) felici idem coniectura particeps factus codicem ceteris praestantem sibi in manus venisse recte statuit: librarium quidem saepe in verborum omissionibus et scripturis depravatis peccasse, optimas tamen persaepe lectiones A solum conservasse neque interpolatum esse [2]); ceteros codices iisdem partim pravis erroribus, partim interpolationibus scatentes ex apographo omnes codicis archetypi, qui Maguntiae ab Iohanne Aurispa anno 1433 inventus est, fluxisse recte cum Keilio (in programmate lectionum aestivarum a. 1871 in universitate Halensi habendarum p. VIII) existimat. Ex eodem archetypo Maguntino A fluxisse eo probat, quod Joh. Hergot, qui codicem A partim ipse descripsit, partim describendum curavit, anno 1458—1460 Maguntiae versatus est (cf. Praef. p. XIII), ut apparet ex subscriptione in fine eiusdem codicis. Deteriores autem illos recte, ut infra demonstrabimus, in duas rursus familias diduxit: W, e quo a w correcto DrV¹ (?) descripti sint, et B C (codd. m, r, u, u¹ continens) V Mal.¹, sed ita ut BV artiore quodam vinculo cohaererent. Quod attinet ad Bertinensem,

---

[1]) cf. v. Hartel: Bibliotheca patrum Latinorum Hispaniensis Wiener Sitz. Ber. 113 (1886) p. 271: hoc tantum dicere licet codicem in Italia esse scriptum, deteriorem igitur esse. Bis frustra me Bibliothecae Nationalis praefectum rogasse ut de nonnullis lectionibus huius codicis me certiorem faceret, vehementer doleo. [2]) nisi paucos excipias locos v. infra.

hunc pro fratre archetypi M habet. De R fragmentis si adhuc silemus, hoc stemma e Baehrensii disputatione evadit:




Post Baehr. editionem quater de codd. Paneg. longius brevius disputatum est atque primum ab ipso Baehrensio in Mus. Rh. XXX (1875) p. 464 sq., ubi disserit primum de codd. Par. 7805, 7807, 7840, 7841, 8556 e quibus P (8556) magni esse momenti autumat, quod cod. deterior quidem, interpolationibus tamen vacet. $P^2$ $P^3$ $P^4$ familiae ς addicit, $P^1$ autem cum BV congruere putat.


Sed graviora sunt subsequentia Baehrensii verba, heu nimis ab aequalibus posterisque neglecta: cod. Harl. 2480 ut A ex ipso archetypo M originem ducere, eosdem fere locos quos A recte servaverit, in cett. contra corrupti sint, H integros exhibere; neque de interpolatione sermonem esse posse, nec magis H ex A descriptum esse, quod multae verborum lacunae erroresque cod. A in H non exstent. Quod cum ita sit, cod. Italos plane esse reiciendos, solos enim A et H ad textum constituendum iam sufficere. Qua disputatione nil antiquius erat habendum, sed eam fortasse ob causam viri docti neglexerunt, quod minus recte addit Baehrens ad ipsam textus constitutionem H perpauca afferre. Denique codicem Brux. dicit ad familiam C pertinere.

Anno 1876 E. Chatelain (Revue Critique II 1876 p. 29) in sua Baehr. editionis censura codices littera ς signatos — quippe qui nonnullas rectas lectiones exhibeant et a prioribus editoribus magni aestimati sint (sic!) — non omnino esse spernendos suspicatur: factum esse posse, ut W ex uno e codd. ς corrigeretur; cod. P dicit ad W accedere, eundem cod. et $P^1$ saepius cum B consentire.

Tertius Suster l.l. p. 512 sqq. copiose de Pan. Codd. disserit; exceptis codd. Paris., Brittannicis, $M^2$ $M^3$ Mal.$^2$, omnes codices



describit et ad suas familias redigere conatur; hoc eius stemma evadit [1]).




Ut paucis verbis rem illustremus, ex M deteriores ita fluxisse opinatur, ut e Π X et $X^1$ et $M^1$ describerentur, X rursus èt codicis W cum stirpe sua èt familiae BV (ad quam $O^1$ et Mal. accedunt) fontem esse putat, $X^1$ autem familiae C et eius familiae novae, quae eos codices amplectitur, qui Plinii tantum Pan. continent; ubi pro continuatis interruptas traxit lineas, cognationem minus certam indicare vult. De cod. illo Parisino mox loquemur.

Postremus Novák in libro 'in Panegyricos Veteres Studia grammatica et Critica Pragae 1901' primum (p. 1) H apographon esse codicis A nullis argumentis allatis suspicatur. — Deinde (p. 3) de cod. Bert. disputat: fortasse Bert. ex A fluxisse, certo vero illum pro cod. Maguntini stirpe habendum esse. Ex A Bert. fluxisse eo suspicatur, quod ubi A et dett. inter se discordant, Bert. fere semper cum A conspirat; ubi autem Bert. solus aliam lectionem quandam habeat, eam nil aliud esse nisi librarii interpolationem aut errorem nec

1) Y et Bert. ipse non addit in suo stemmate, cum Baehrensio autem facit, Bert. et M ex eodem fluxisse fonte opinatus. (2) Ex viri docti cuiusdam epistula non Aurispam, sed Pizolpassum vescovum Mediolanensem Panegyricos descripsisse concludit; quae epistula ita inscribitur: 'Petrus Candidus Francisco Pizolpasso Mediolanensi praesuli', in qua legimus: 'perlegi Panegyricum Plinii nostri . . . quamquam frustra desideriis nitebar, ni tua diligentia virtute humanitate e tenebris erutus . . . animum mitigasset'; nil aliud tamen efficere licet nisi Pizolpassum editionem Panegyrici curasse. Cod. M a Pizolpasso descriptum esse et in Italia iis fuisse temporibus ne credamus id obstat, quod A Maguntiae descriptum esse supra vidimus ibique igitur M mansit. Mirum in modum saepius in hac re Suster sibi ipse non constat.

sine cautione in textum recipiendam. — Ubi denique de clausulis rhetoricis a Paneg. adhibitis loquitur (p. 7), eas ad utriusque stirpis (i. e. A et dett.) codd. memoriam recte aestimandam aliquid afferre putat; iure quidem optimo sed inter exempla unum affert, quod aestimationem adhuc de codd. ratam conturbare videatur et statim reiciendum est: Pan. VII 16.4 recte BCV 'exercitum habere sapientem' exhibere dicit, minus autem recte cett. libros 'habere exercitum sapientem', qua lectione heroici versus finis a Panegyricorum usu abhorrens exoriatur. Verum non solum BCV, sed omnes praeter A libri 'exercitum habere sapientem' praebent nec BCV ob hanc lectionem aliqua auctoritas attribuenda est. Non igitur videtur alienum ab loco, antequam ad meam de codicibus disputationem transeo, iam hic commemorare omnes priores codicum collationes minus esse accuratas, quibus nunc demum suppletis et codicum stemma disponere et quid quoque loco legendum sit statuere licet.

---

In hoc solo viri docti consentiunt duas codicis M exstare stirpes: A et codd. dett. De ceteris alius aliud iudicat; de quibus mihi iam disputandum erit. Imprimis, quid cod. H valeat, explorandum est. H, ut A, vacat omnibus interpolationibus et cum A omnibus consentit locis, ubi in omnibus ceteris codd. lectio aut depravata est aut in iis solis recte se habet. Magna igitur inter A et H est cognatio; nec tamen H ex A descriptus est: A enim permultis abundat erroribus et lacunis, quarum maiore parte H vacat cf. e.g. Pan. I 13.4 'si . . esset' om. A, habet H cum dett., Pan. XII 32.4 'hostis aliquando Romanus' om. A, habet H cum ceteris, XII 28.2 'quod dedissent dolentes' om. A, habet H, I 5.1 male A: 'oppressa respexissent' recte H cum cett. 'oppressa respublica', et sescentos alios possum afferre locos, sed iam sufficiunt hi pauci. Nec magis A ex H fluxisse potest, sed id — H enim quam accuratissime scriptus est — haud ita facile demonstrare licet, exstant tamen documenta: Pan. I 39.5 'remotiorius' H, sed recte A: 'remotioris'; codicis A librarius, utpote qui fere non interpolaverit, si ex H descripsisset, numquam rectam illam formam posuisset; I 63.3 'antedentium' H,



sed recte A cum cett. 'antecedentium'; III 6.6 'accipit ac reddit' H, 'ac' dittographia exortum est, recte A cum cett. 'et'. Deinde Panegyricorum singulorum titulos in archetypo M iam exstitisse ex eo perspicuum fit, quod èt H èt B, codices quam maxime inter se distantes, in titulo Pan. III consentiunt: 'item eiusdem Magistri Mamertini Genethliacus Maximiani Augusti': quem titulum ut uterque librarius ipse per se fingeret, factum esse non potest. — Idem igitur statuendum est, ubi in cett. Pan. diversarum stirpium codd. in titulo afferendo conspirant (e.g. A et deterior quis): Pan. IX in A et B titulum 'hic dictus est Constantino filio Constantii' gerit; itaque in M quoque exstitit; in H tamen deest, ergo A ex H hanc quoque ob causam non fluxit (hunc titulum non ab utroque librario per se fictum esse apparet ex eo quoque, quod 'hic' in cett. titulis non invenitur; 'hic' hoc tantum loco in utroque libro exstare casui attribui non potest); VII 5.2: H 'illius aestus', A cum cett. 'aestus illius' habet.


Duo igitur apographa optima A et H exstant, valde cognata et ex eodem codice descripta; de indole codd. A et H nonnulla hoc loco addenda sunt:

Codicem A Johannes Hergot ab a. 1458—1460 Maguntiae commoratus partim ipse descripsit partim describendum curavit. Ab altera enim manu eaque magis perspicua et nitida scriptae sunt codicis pagg. 52—120*a*. — Codex cum H, ut diximus, ceteris longe praestans, propriis mendis scatet; interpolationis autem vestigia vix exstant: duo compendia male et stolide supplevit: Pan. I 5.1 'respexissent' e 'resp.' (= respublica) fecit; I 35.4 'imp.' (semper: 'imperator') in 'imperialis' corrupit. Cetera forsitan exempla praebeant loci hi: I 58.3: 'promeritum', I 60.4 'at quem', VIII 2.1 'prae ceteris' recte A praebet, quamquam H cum plerisque aut omnibus ceteris codd. male 'premeritum', 'ad quem', 'prae ceteras' habet. Magnus errorum numerus, ut de genere vitiorum nonnulla addamus, invitat: persaepe vocabula neglegentius omittuntur cf. e. g. Pan. I 1.2 'cum', I 3.4 'cum de clementia — avaritiam', c. 4.3 'et quod hic sinis', c. 5.3 'consulentibus', c. 5.4 'te' om. A cet. cet.; — saepius assimilationi error attribuendus est: cf. e. g. Pan. III 6.5 'aemulationis stimulationis vacent', III 19.5 'post bellica Punica', XI 25.2 'sua commodia et vitia; cf. etiam VIII 12.1, IX 10.2. Saepius

syllaba omittitur, saepius additur. Omittitur e. g. syllaba: I 2.8 fu(er)it, (idem error c. 16.3) I 69.5 'fret' pro 'terret', VI 5.1 'necesse' pro 'necessario'. Additur syllaba e. g. I 51.1 'nu[ta]tantia', transvec[ta]-tione, V 9.1 'murmur[ar]e'. Alia errorum genera facile ex apparatu critico cognoscas.

Codicem H duabus manibus exaratum esse, quarum altera Pan. I 1—I 67.1, altera omnia cetera descripsit, supra (p. 2) diximus. Perpaucis propriis erroribus maculatus est, ut de errorum indole nil efficere liceat. Item perpauca librarius interpolasse videtur: Pan. I 5.6 'nutatione' recte H habet, I 34.1 'nullius status certus' sine causa idonea scripsit librarius. Aliis locis solus H rectam lectionem servavit: I 16.3 'mimicos' ubi A et ceteri — quam facile! — 'inimicos' exhibent, I 68.11 'certus es bene te rem publicam et ex utilitate omnium regere' recte H habet nec interpolavit, ut infra demonstrabimus. Vestigia verae lectionis exstant: I 39.4: 'dedidissent' H ('dedissent' ceteri codd.) ubi 'di dedissent' legendum est — V 8.2 'vob virtutem' ('vobis virtutem' ceteri codd., ubi 'ob virtutem' recte Baehrens (cf. C. I*b* ad locum) — Addendum denique est hic illic atque praesertim initio Panegyrici VII H altera manu correctum esse cf. e. g. c. 1.1 'ducerem', 'tractatum', c. 1.3 'mallo'.

A et H non solum in bonis lectionibus, sed etiam in scripturis depravatis saepe tunc consentiunt, ubi deteriores omnes mendis carent. Praeterquam quod ex eo suspicetur quis deterioribus hoc nomen temere inditum esse, e M èt A èt H descriptum non esse inde iure existimare videatur; quin mendorum in A et H consensum ita solum explicari, si ex ignoto quodam codice utrumque fluxisse putemus, qui ex archetypo mendis illis libero neglegenter exararetur, ut hoc evaderet stemma:




Res magni momenti est! Fac hoc stemma recte se habere: ubi dett. aliam lectionem atque A H exhibent, utraque tamen recte se habere potest, quid in archetypo exstiterit, nisi ex grammaticali



Pan. ratione aliquid demonstrare licet, pro incerto habendum est. Sin èt A èt H (uterque per se) ex M defluxit, reliquorum codicum pondus, ubi A et H consentiunt, multo minus grave fit vel potius ad minimum redigitur.

Quam quaestionem ut solvamus, codd. reliquorum fontem, Aurispae exemplar, magno cum librarii arbitrio esse exaratum premendum est. Iam nonnulla exempla recte Baehr. in praef. p. XIV attulit, quibus addo: Pan. I 83.1 recte A H Plinii generi dicendi congruenter (cf. C. I*b* ad l.) 'non domus modo, sed' habent, quod Aurispa in 'non modo domus, sed' mutavit; Pan. I 87.1: 'Civile hoc et parenti publico convenientissimum' recte A H (recte enim 'erat' omissum est, qua de re cf. Lagergreen 'De Vita et elocutione Plinii Secundi Upsal. Universitäts Årsskrift 1871 p. 42) male Aurispa [1]) post 'hic' addidit 'erat'; Pan. IX 22.2 'sed ipse' A H male pro 'sol ipse', pessime ex 'sed ipse' Aurispa 'sed ipse dies' fecit (iam Baehrens); Pan. XII 23.1 'si quod solis cubile est' XII 45.6 'innocentiae quod est dulcius' scribens male verba transposuit; sed iam exempla afferre taedet: permulta igitur Aurispa interpolavit; nil igitur obstat, quin codicum A et H errores in M quoque extitisse credamus, in dett. autem omnibus eos deesse, quod ab Aurispa correcti sunt in exemplari suo, quod dett. communis esset fons. Praeterea omnibus nunc demum a me codd. collatis satis apparet maiorem illorum vitiorum partem in codd. dett. $M^1$ P Add. integram exstare, minorem partem in omnibus non exhiberi, paucioresque illos locos huius esse naturae, ut facile a quovis librario sagaciore et linguae Latinae perito corrigi potuerint, ut de Aurispa taceamus. Duo exempla, ubi pars dett., $M^1$ P Add., W cum A H in mendis conspirat, haec habes: Pan. V 1.4 'et cum et', Pan. V 5.1 'et cum paene cum' cet. cet. — Nil igitur nos cogit A H non utrumque per se e M exaratum esse existimare, immo argumenta quae contrarium stabiliant, duo sunt atque gravia: primum quod, ut diximus, A, ut Aurispae exemplar, Maguntiae descriptus esse videtur: si non e M, ex alio codice Maguntino fluxit; quod quam parum verisimile sit, perspicuum est. Tum duos codices, utrumque

[1]) quamquam incertum est, utrum ipse Aurispa an alius quis descripserit, brevitatis causa 'Aurispa' dico.

Maguntiae conservatum, quorum alter tantum Aurispae in notitiam veniret, exstitisse credendum est, nec solum Aurispam (a. 1533), posteros quoque ille codex alter latuisset, anno autem 1560 Maguntiae affuisset: immo ex uno eodemque, atque Aurispae exemplar, A fluxit; de H cum quo multo artius quam cum dett. A cohaeret, idem statuamus necesse est.

Alterum argumentum est hoce: Pan. I 39.5 A recte 'remotioris' habet, codd. dett. 'remotius'; H autem 'remotiorius'; nonne pro certo habendum est has tres formas ex uno manuscripto exaratas
ori'
esse, in quo 'remoti us legebatur? Pan. V 19.3 A recte 'gentium voce celebratur' habere et loci sententia multo melior et clausula rhetorica (cf. infr. C. II*b*) probat; H autem cum ceteris 'voce celebrabatur' nec tamen A — perpaucis locis (cf. supra) exceptis — interpolavit[1]): nonne verisimile est in communi fonte M 'celebrabatur exstitisse, A solius librarium syllabam 'ba' delendum esse animadvertisse?

Recte igitur hodie quoque Baehrensii se habet sententia tria M apographa exstare: A et H et Aurispae exemplar, e quo ceteri fluxerint codices.

Nunc de B e r t i n e n s i quoque iudicare licet, cum scimus quae in A librarius peccaverit; Novák iam Bert. ex M et fortasse ex A, quod in compluribus et recte et male tradendis cum A consentit, fluxisse putat, sed in lectionibus, quas pro exemplis affert Novák non solum cum A sed etiam cum H conspirat. Bert. ex A originem ducere tunc solum pro certo habendum est, si nonnulla menda cod. A. solius propria ita in Bert. occurrunt, ut A, non Bert. librarius prior ea commiserit: Pan. X 2.1 'disperata' pro 'disparata' A habet: idem exhibet Bert.; quem si quis errorem ab utroque librario separatim commissum putat, quod in codd. temporum posteriorum saepe 'ꝑ' èt pro 'per' èt pro 'par' positum sit, alterum velim inspiciat locum: Pan. XII 29.1, ubi pro 'clari vatis' quod H cum cett. habet, 'clarinatis' èt A èt Bert. habent quasi unum sit vocabulum. Accedit tertius locus, qui simul demonstrat Bert. nil nisi A apographon

[1]) Ne suspicari quidem hoc loco A interpolasse licet; nam 'celebrabatur' minus recte se habere videt vir accuratius et saepius verba inspiciens, non is, qui librum describit.



esse: Pan. VI 3.1: legimus in A 'quemnō igitur' pro 'quemnam igitur', quod recte H et dett. habent; Bert. librarius 'quemnō' illud minime intellegens illud 'nō' ut supervacaneo omisso 'quem' nude scripsit; B e r t i n e n s i s i g i t u r c o d i c i s A a p o g r a p h o n e s t.

Iam ad ceteros codices transeamus, qui, cum plurimis scateant erroribus omnium communibus et saepe interpolati sint, arte inter se coniuncti contra AH stant et nomine d e t e r i o r u m indicandi sunt. Nec tamen nullius est pretii scire, quid codd. dett. consensus praebeat; ubi enim AH discordant, quid revera in M extiterit, persaepe dett. adhibitis patet. Primum monendum videtur recte Baehrensium duas statuisse familias, quarum alteri W (et ς), alteri BCV (Mal.) attribuit. Codices enim BCV habent multos calami lapsus multasque lacunas, quas in W frustra quaeras e. g. Pan. III 10.3 'vario' om. BCV, III 12.3 'nihil' BCV, W recte cum AH 'mihi'; Pan. VI 14.1 'victoriarum' om. BCV, 14.4 'fecit' om. BCV cet.; nec minus in W complura menda occurrunt, quibus BCV carent: P. I 2.7 'celebrare' om.; 2.8 'multo pudore' W, 'pudore multo' BCV recte cum AH, 'sentitque' om. W. — In stemmate suo Suster BV a C seiunxit et horum codicum cum W cognationem artiorem statuit propterea, quod Pan. I 67.3 ubi 'et pro salute principum, immo pro salute principum' legimus, èt BV èt W illud 'immo ... principum' omittit; quasi non perfacile cuiusvis librarii oculus ab altero 'principum' ad alterum aberrasse potuerit! Quo igitur argumento refutato nullo artiore vinculo BV et W teneri apparet. Scrupuli porro Susteri, qui eum, ut in stemmate suo lineis interruptis nil certo demonstrari posse moneret, adduxerunt, nihili sunt putandi. Nam si etiam inter C et W aliquam suspicatur cognationem, quod Pan. I 43.2: 'nihil auferas, ut si nihil largiaris et auferas' èt C èt W 'ut .. auferas' omittit, eodem rursus quo antea modo refellendus est. Denique miratur diversarum familiarum codices easdem saepe exhibere correcturas! Si hodie duo atque adeo plures interdum viri docti eandem proponunt coniecturam, cur non putemus non unum ex illis praeclaris saec. XV ingeniis verum in medio quasi itinere iacens odorasse? Ita èt in w èt in BCV eaedem saepe correcturae extant, nec tamen est, cur horum fontem aut illum furti accuses. Susteri igitur tota ratione refutata iam omnium codd. dett. novum stemma disponamus.

Imprimis autem de codd. P. Add. M[1] (qui non interpolatus est; quod moneo propter Kukulam in apparatu crit. cf. e. g. I 51, 2 i.f.) disputandum est, qui ad W. quam proxime accedunt nec tamen, ut ille, foede interpolati sunt altera quadam manu; cum W. I 27 'celebrare', 2.8 'sentitque' omittunt; I 18.2 cum W.: 'tutum est caritatem' habent, I 19.1 'dignitates inumbrantur', I 23.2 'quo tum' pro 'quantum' cet; omnes autem hi libri ex communi fonte nec alius ex alio ortus est, quod suos quisque habet errores, quos ne tum quidem, si interpolati essent — cuius rei pauca tantum exstant vestigia — corrigere librarius potuisset: W. Pan. I 2.8 'pudore multo', I 15.4 'ipsi' et 'sacra' om., I 15.5 'facta' om. cet. — P.: Pan. I 1.5 'eodemque loco', XII 20.4 'damnaverunt' — Add.: Pan. I 44.7 'accingitur' pro 'acuuntur', III 3.2 glossema 'parens' solus omittit. — M[1]: Pan. I 57.3 'cum' pro 'tamen', I 64.3 'consectaret' pro 'consecraret', IV 1.1 'iactare' correxit; 'lactare' ceteri cum AH. — Ad eandem porro familiam pertinent omnes illi codices, Med. si excipias, qui Plinii tantum continent Panegyricum et quos Suster male cum C composuit: omnia enim vitia, quae M[1]PW. Add. communia habent, in hisce quoque invenias libris. Nullum autem cuiusque illorum codd. proprium vitium in hisce exstat, quos inter se artius cohaerere multa communia menda evincunt: Pan. I. 2.6 'abstinentiam et mansuetudinem', 6.1 'quod ad nihil cogitur', 43.3 'odiosi' pro 'invisi', 49.5 'epistolarum' pro 'epularum' cet. Quorum librorum a. Mal.[1] O. L.[1] rursus artiore quodam vinculo tenentur, L. prorsus ex O. fluxisse videtur; omnes errores et lacunas cod. O., permulta numero, L. quoque habet et eundem capitum ordinem conturbatum (de quo cf. Suster l.l. in descriptione codicis); vitia quattuor omnium communia haec e. g. habes: Pan. I c. 74.5—75.2 'sed di solebant' om.; I. 79.1 'tibi cupiamus' om.; I 91.4 'audeamus', 95.1 'modestiae' om.; nec tamen, L. excepto, alius ex alio descriptus est: solus O habet ordinem capitum disturbatum, quem in a et Mal.[1] frustra quaeras; — a: I 6.4 'tibi' om., I 5.1 'orata', ceteri recte 'exorata'; — Mal.[1]: I 1.6 primum 'digna' om.; I 1.2 'cui mos potius' ceteri recte 'qui mos cui potius': a Mal.[1] O. ex communi fonte exarati sunt; de a restat ut dicam c. 7.7 'genueris' - c. 9.4 'nescisti' post c. 11.3 'minus est hoc' positum esse — B[1] et U[1] quoque alter ad alterum propius accedit: Pan. I 1.5 'quoniam caelum' pro



'quam caelum', I 5.1 'tandem' pro 'talem', I 23.3 'enim' om., nec tamen U[1] e B[1] descriptus est (ita Suster): I 28.3 'gaudens' om. B[1], habet U[1], I 13.2 'et' ante 'audebant' om. B[1], habet U[1]. cet. De cod. u[1] nil dicere licet accuratius, quod codicem ipse non contuli, sed ex iis quae Schwarzius in editione sua et praesertim ex iis, quae benevolentia E. Hauleri Vindobonensis I. Bick, litt. et phil. doctor, mecum communicavit, satis apparet ad eandem hanc familiam u[1] pertinere; — Quod attinet ad cod. Par. Schwarzii (cf. Susteri stemma), quae lectiones Schwarzio teste in Par. exstant, eas in meis Parisinis non inveni, velut I 4.7 'festinatis', I 45.3 'ut sunt diversissima' cet. Quod eo magis miror, quod Schwarzii codicis collatio anno 1734 facta est, catalogus autem cod. Lat. Bibl. Nation. Par., in quo nostri describuntur, anno 1744, in quo ille non invenitur. Sed nonnulla menda cod. P[1] Schwarz in suo quoque Par. legit: I 22.3 'iocunditatis' pro 'fecundidatis' e. g. — Nil igitur fortasse aliud Schwarzii Parisinus est nisi mala cod. P[1] collatio.

Nunc iam de illis codd. dicendum est, quos Baehrens littera ς signavit, in quibus prima manu omnes statim correcturae èt bonae èt malae sunt, quae in W secunda manu illatae sunt. Primum monendum est iam Baehrensium recte P[2] P[3] P[4] eidem classi assignasse; eodem G M[2] M[3] referendi sunt, ut novem omnino littera ς contineantur codices: D G M[2] M[3] P[2] P[3] P[4] r V[1]; qui quomodo inter se cohaereant, mox videbimus.


Nunc iam utrum cum Baehr. ς e W, a w correcto, fluxisse putandum sit an contra recte Chatelain statuerit W ex aliquo cod. ς mendis purgatum esse librosque ς, bonas cum aliquot tradant lectiones, alicuius esse momenti, diiudicandum est. Concedendum est Baehrensii argumenta parum valere (Praef. P. VII): Pan. V 1 W: 'scilicet' per compendium 'sciȝ', scriptum est, e quo ς [1]), 'scim' fecerit; V 3.1 'fationis' W pro 'favonis' e quo ς 'factionis' scripserit; Pan. III 6.7: in W difficile cognoscitur, utrum 'finitur' an 'fruitur' scriptum sit, unde ς 'finitur' male; Pan. XI 30.3: in W difficile distinguitur, utrum 'ut' an 'ne' extet, unde ς 'ut' male. — Sed 'scilicet' in quovis saec. XV cod. per compendium 'sciȝ' scribitur;

[1]) Ubi 'ς scripsit' dico, non omnes ς codices, sed unus tantum aut pars quaedam codicum lectionem exhibet.

'ti' et 'u' saepius confunduntur, ut 'ti' et 'n' (cf. e. g. I 4.5 'divitiarum' A et C pro 'divinarum'); 'finitur' et 'ne' non minus perspicue quam in cett. mss. leguntur. Nihilominus recte se habet opinio Baehrensii, sed alia demonstrandi ratio ineunda est. Premendum est in omnibus libris ς interpolationem passim ulterius processisse; D I 14.4 'mirer' corr., I 9.3 'subiecti animo' in 'subiecto animo' mutavit; G I 1.6 post 'optime' add. 'maxime', I 2.3 'hactenus quam' in 'actae nusquam' corr.; eadem exempla e $M^2$ $P^3$ $V^1$ afferre licet (atque e G); $P^2$ III 19.1: 'honorandisve' in 'honorandisque' mutavit; $P^4$ III 7.2 'ardor fuerit' in 'ardor fuit' mutavit cet. Quod in $W + w$ correcturae tantum omnium codd. ς communes exstant, ex uno e codd. ς nobis quidem notis correctus esse non potest. Altera argumentatio, quae vel sola sufficit, haec est: omnes errores cod. W proprii in omnibus ς codd. reperias; nisi igitur ς e $W + w$ fluxit, èt ς èt W ex communi quodam fonte ortum esse credendum est, qui eosdem illos errores cod. W omnes exhiberet, in quem illae correcturae, quas èt W èt ς habent, postea illatae erant, quam W descriptus est, quod in W altera manu additae sunt; eodem igitur habitu ille fons esset atque W: eadem ad amussim menda haberet, easdem correcturas; quod ad correcturas attinet, factum esse potest; nullum tamen lapsum calami librario W imputandum esse quis credat? Num unum ex omni antiquitate, ut de saec. XV librariorum neglegentia sileam, exemplum extat huiusmodi in libris exarandis diligentiae? ς igitur codd. e W, a w correcto, fluxerunt; — quorum quisque codicum suis mendis abundat. Animadvertendum ad hoc est G $M^2$ $P^3$ $V^1$ magis inter se convenire, qui cum easdem correcturas, multos errores communes habeant (cf. e. g. Pan. I 1.5 'nostri imperii' pro 'imperii nostri', I 5.3 'de more' om., I 13.5 'decus corona muralis' pro 'decus muralis') tum ordinem Pan. a solito recedentem ostendunt: Panegyrico VII non antecedit Pan. VI, sed sequitur; nec tamen alter alterius apographon est: suos quisque habet lapsus et correcturas: G. 1.14.3 'raperes' om., I 9.4 'an obsequereris', 'non' om.; — $P^3$: I 68.3 'quisque' recte in 'quisquis' mutavit, I 84.1 'an feliciter nasci' recte restituit; — $M^1$ I 1.1 'bene et sapienter', I 2.5 'praestemus' om. — Quatenus e pan. paucis, quos $M^3$ habet, coniicere licet, ad G $M^2$ $P^3$ $V^1$ pertinet. Ceteri quoque ς codices singuli mendorum pleni sunt, ut non alius ex alio descriptus sit. — Male Suster



$R^1$ ex D fluxisse opinatur; D enim I 9.3 'subiecto animo', $R^1$ autem cum cett. libris: 'subiecti animo'; I 14.4 'mirer' ex correctura D, $R^1$ cum cett. 'miser'. — Totius igitur familiae W cet. hoc stemma est:





Nunc de codd. reliquis dicendum est. Inter codd. BV Mal. et codd. familiae C, cui Baehr. m, $m^1$, r, u, Suster $U^1$ recte assignavit, magnam esse cognationem iam vidimus. Huc pertinent omnes codd., de quibus nondum sermo erat: Mal. Med. $O^1P^1$. Codices BV et fam. C recte seiunxit Baehr., quod alteri mendis lacunisque maculati sunt, quibus alteri carent. BV: Pan. I 7.7 'quem' om., I 23.1 'ut . . fueras' om., I 33.2 'quod' om., I 39.4 'et avus et nepotes' cet. — C: I 10.2 'omnes facturi' pro 'facturi omnes', I 41.4 'tibi cum plurimum' pro 'cum plurimum tibi', I 42.3 'principes nostri' pro 'nostri principes', I 26.1 'vias' om. cet. — Cod. Med. ad familiam C pertinere facile ex lectionibus, quas Schwarz in Pan. Plinii editione laudata exhibet, apparet. — Codd. Mal. et $O^1$ omnes ad unum lacunas et corruptelas cod. V habent; V igitur utriusque fons habendus est. Èt in Mal. èt in $O^1$ Panegyricorum ordo inversus hic est: 1, 12, 10, 7, 8, 6, 3, 4, 2, 5 et ita ut in Pan. VII post verba 'fortitudo adhuc' (c. 17.3) e Pan. V 16.1 'respiciens et' cet. insertum est usque ad c. 21.1 'velut postliminio', in Pan. III 2.1 post 'veneratio' incipit Pan. V 4.2 'Vesper et Lucifer' usque ad c. 16.1 'post terga', tum Pan. VII ç. 17.3 'tamen crescit' cet. usque ad c. 22.1 'pace composita', deinde suo loco post Pan. V (cf. supra) continuatur Pan. VII; ut Pan. V in Pan. III ita Pan. III 2.1 'sui maiestate' cet. in Pan. V post c. 4.2 'luminibus adiuncti' continuatur; quod inde factum est, quod in Mal. ordo paginarum disturbatus est: ubi enim ex inopinato alterius Panegyrici pars quaedam incipit, in Mal. nova adest pagina; unde

igitur labes exorta in $O^1$ quoque irrepsit. $O^1$ igitur e Mal. descriptus est. Adde quod omnibus cod. Mal. corruptelis $O^1$ quoque infectus est — $O^1$ autem altera manu vehementer interpolatus est ($o^1$): permultis non solum in recte sed etiam in male mutandis $o^1$ cum w conspirat: cf. e. g. Pan. III 3.6 'ubi èt w èt $o^1$ male 'Hercules tuus auctor, qui cum inter homines' praebent; quae inter u et $o^1$ cognatio sit, difficile est dictu, nisi id quaestionem solvat, quod primum illarum w interpolationum, quas $o^1$ omittit, multo maior pars nil valet, ut certo aliquatenus iudicio $o^1$ rectas vel probabiles tantum interpolationes elegisse videatur; deinde ipse $o^1$ non paucas emendationes addidit (cf. e. g. I 66.5 'nihil denique', I 88.2 'aevum', I 80.2 'existimatione' habet cett.), quas in w frustra quaeras: w ex $o^1$ fluxisse non potest — contra ne $o^1$ ab w interpolationes suas mutuatum esse credamus, nil obstat. — Cod. $P^1$ Baehr. fam. BV adiudicavit; cum BCV quidem in omnibus omissionibus et scripturis pravis consentit; neque tamen lacunae codd. BV neque fam. C menda in eo exstant: ex communi igitur BCV fonte fluxit. — De codd. fam. C restat ut dicamus alium ex alio non descriptum esse eo rursus facile evinci, quod suos quisque liber errores habet; minus igitur recte Suster $U^1$ e m derivatum esse existimat: P. I 10.3 'tu' om. m habet $U^1$, P. I 12.3 'gelu ripas' m, sed $U^1$ recte cum cett. 'ripas gelu'; nec minus errat r ex u ortum esse opinatus: I 11.3 'iis' u cum maiore, r autem 'his' cum minore codd. parte; I 5.9 'et ex adversis' u, recte r cum cett. 'ex adversis'.

De R schedis diligenter H. Keil in programmate Universitatis Halensis a. 1869/70 disseruit; hic breviter dico bonarum lectionum certum eas solas habere numerum; foede autem hic illic interpolatas, nec a M recedendum esse. Suos quoque ipse calami errores R exhibet. In verborum collocatione hic illic arbitrio suo librarium grassatum esse mea quidem sententia pro certo habendum est (cf. C. Iʙ). — Praeter optimas quasdam lectiones id quoque ex R lucramur, quod, quibus mendorum generibus praeter vitia vulgata M maculatus sit, optime docet. Ex communi fonte vetere (Y) M et R deducti sunt, qui et ipse menda iam certa exhibebat cf. e. g. I c. 8.2, c. 78.5.

Omnium igitur codicum, qui hodie Panegyricorum Latinorum veterum exstant, hoc stemma disponimus:






De codd. ab antiquioribus editoribus adhibitis, nunc tamen deperditis, haec sunt animadvertenda: Ioh. Livineius, qui Antverpiae a. 1599 Panegyricos edidit, in Praef. inter subsidia sua enumerat praeter Bertinensem schedas a Carolo Langio ad Frobenianam lectionem collatas — ipsius Langii coniecturae exhibentur — et codicem in membranis exaratum, qui codex Livinei appellatus ad familiam C pertinet et fortasse interdum ex Cuspiniana editione interpolatus est. Eiusdem originis (fam. C) est Heinsianus a Scheffero adhibitus (cum Reginensi maxime congruit); liber Colbertinus, cuius lectiones Pithoeus in exemplari editionis Navianae, quod adhuc in bibliotheca universitatis Bonnensis asservatur, adnotavit, ad fam. BV pertinet. — Excerpta Vossii ab Arntzeniis adhibita ex codd. ς fluxerunt. — Quod attinet ad Cuspinianum [1]), hodie quoque sunt, qui lectionibus ab eo solo traditis magnam auctoritatem tribuant. Iam Baehrens (praef. p. XVI adn.) Cuspinianum A libro usum esse suspicatus est; quae sententia ita mutanda est: codex Cuspiniani erat deterior; ex A autem multa Cusp. sumpsit; quod inde efficitur, quod iis locis, ubi AH soli rectas lectiones exhibent, lectiones autem X non ipsae per se falsae sunt, Cusp. fere semper cum dett. facit: cf. e. g. I c. 11.3 'minus est hoc',

[1]) cf. editionem principem Cuspiniani Viennae a. 1513.

I c. 13.2 'tecum ferrent sitim' cum dett. habet, cet.; ubi contra X corruptum esse perspicuum est, facit cum AH: cf. e. g. I 69.6 'haec intentio' habet cum AH. Iis quoque locis, quibus X complura omittit, Cusp. verba omissa ut AH habet, quamquam ea ad textum bene intellegendum non necessaria sunt, cf. e. g. I c. 55.9 'praeterea ut quisque . . . aeterna est' cum AH habet, I c. 46.8 vitiorum paenitentiam exspectas' habet cum AH. — Totum igitur codicem diligenter cum iudicio contulit; quem A fuisse suspicor propterea quod P. V 17.3 'gloriare vero tu', quod solus A habet pro 'gloriare tu vero' in Cuspiniani editione legitur; quae lectio fortasse ei melior videbatur esse. — Lectionibus igitur a solo Cusp. traditis non temere fides habenda est.

### B. QUAERITUR QUAE EX STEMMATIS DISPOSITIONE ET CODICUM COLLATIONE LUCREMUR.

Primum Bertinensem tum solum, si correcturam aliquam exhibeat sine dubio recipiendam, aliquid valere patet, ceteris autem locis lectio M in textum recipienda est; sed quoniam dubium hic illic videtur, utrum recte an prave Bert. mutaverit, antequam Bert. ex apparatu critico prorsus paene eicio, de singulis locis tractandum est, quos aut recte Bert. mutavit, quamquam dubitant viri docti, aut illi male cum eo mutaverunt. Recte correxisse videtur (ii solum enumerantur loci, ubi solus Bert. correxit): Pan. III 2.2 'virtutes eas quibus' Bert. 'virtus eas quibus' M; 'virtutes' edd. ant. cum w, sed in Pan. III semper substantivo, ad quod subsequens relativum respicit, pronomen demonstrativum adiunctum est, cf. c. 1.1: 'sermonis eius quem', c. 1.2 'honoris eius quem' cet. — Pan. III 9.4 'quam iunctim sedent' Bert., 'iuncti' M edd. ant.; recte correxit Bert. propter subsequentia adverbia 'concorditer' et 'cito', cf. e. g. Gellius Noct. Att. 12.8. — Pan. V 6.1 'Gallias tuas, Caesar, veniendo fecisti' recte restituit Bert.; '. . . . vicisti' M; neque est cur cum Novák in eo haereamus, quod 'terram facere suam' in Pan. alibi non invenitur, nec cum eo violenter 'vindicasti' legendum aut '<in> Gallias tuas, Caesar, veniendo vicisti' [1]); immo 'vicisti' facile dittographia (veniendo) exortum esse potest. — Pan. V 11.3 'recenti exercitata piratico et propiore Mithridatico' pro 'propriore Mithr.' (M) scripsit; lectio Bert. èt ratione palaeographica et loci sententia commendatur; nihili enim scrupuli editorum putandi sunt, qui in eo haerent, quod bellum Mithridaticum piratico antecessit, quique aut mutant ('priore' Livineius) aut male explicant (Cellarius, Arntzen: propius quam piraticum, quod finis bello Mithridatico impositus est finito pridem bello piratarum); 'posteriore' Baehr., sed bellum Mithridaticum non cum piratico confertur, sed ut bellum piraticum recens vocatur, quod bella Punica et Asiatica bella antea commemorantur, ita Mithridaticum cum illis Punicis bellis collatum tempore 'propius' (sc. nobis) esse dicitur: 'propiore' igitur scribo. — Pan. VII 7.2 'fruiturus exinde luce perpetua' Bert. pro 'futurus' cet. M., unde dubitanter Novák 'futurus exinde <in> luce perp.' proponit, sed ipsa verba 'luce perpetua' — quippe res maxime gaudio digna — recte Bert. mutasse ostendunt. — Pan. VII 20.2 'eripere ferro' Bert. pro 'eripere ferre' AH; male Novák p. 43 'fere', quod X habet, pro lectione tradita habens, ut dittographia exortum delet; 'ferre' post 'eripere' illo assimilandi studio, quod in M frequenter observabimus, scriptum est. — Pan. IX 22.2 'sol ipse noctibus acquiescit' Bert. pro 'sed ipse noctibus acquiescit' AH, unde pessime X 'sed ipse dies noctibus acquiescit' quod Novák defendit p. 14, male èt 'sed enim' èt 'sed' rem maiorem superiori oppositam adiungere opinatus; cf. ad hoc Pan. V 4.3 'neque sol ipse', Pan. VI 14.3 'quem . . . sol ipse . . . excepit'.

Malae vero lectiones Bert., a Baehr. (et omnibus fere editoribus) receptae illae quidem sed eiciendae, hae sunt: Pan. II 5.3 'et qua resisteret et qua cederet et qua fugeret, occurreres' M, post 'fugeret' Bert. addit 'oceanum', unde Rühl, Baehr. 'occasum', sed recte iam Novák p. 22 animadvertit [1]) 'oceanum' nil esse nisi librarii errorem: ter concinne 'qua' cum verbo tantum coniunctum est. — Pan. V 9.5 'Caesar Auguste' M, quod ferri nequit, cum Constantius Caesar sit: 'Caesar' Bertin.; praestat, credo pro 'Auguste' 'invicte' scribere, quod in Pan. V persaepe legitur. — Pan. V 21.1 male Bert. ex

[1]) Male Novák saepius aliquid reicit, quod idem verbum vel eadem vocabula in Pan. alias non inveniuntur, quasi hoc sit impedimentum ne uno loco ea usurpata esse in Pan. nostris credamus.



[1]) Subsequentium exemplorum iam apud Novák passim exstant nonnulla.

'iussupplevit' (M) 'iussu implevit' fecit; illud 'pplevit' mala dittographia subsequentis 'complevit' ortum est neque igitur cum Baehrensio lectione Bert. 'complevit' recepta paulo post 'complevit' eiciendum est. — Pan. VII 16.9 male edd. ant. cum Bert. 'tuae aetatis gratiae', 'tua' M, quod èt antecedens èt subsequens 'tua' tuetur. — Pan. VII 19.6 'sed sic quoque' Bert., sed illud 'sed' pravae dittographiae — antecedit 'fefellisset'! — attribuendum est; omnino enim inutile est. — Pan. VIII 11.1 'utraque dicam' (pro 'utroque dicam' M) Bert. edd. minus recte, ut in C. II*b* ostendam. — Pan. IX 6.3 'scilicet' Bert. pro 'si' M, sed 'si' recte se habet, cf. C IIIc. — Pan. IX 7.5 'te matrum te virginum que (= quae)' Bert. pro 'te matrum te virginum quaeque' M; sed aeque facile 'te' dittographia exortum esse potest: revera 'te matrem virginumque, quae' legere fortasse praestat cf. C. II*b*. — Pan. IX 26.4 'permaneat in aeternum' male pro 'permaneat aeternum' (M) scripsisse Bert. ipse usus linguae Latinae indicat neque igitur recipiendum erat. — Pan. X 9.3 'et conveniendi studium et concordiae voluptatem' Bert. pro 'conveniendi' cet. M; non est cur illud 'et' addatur: non enim in utrumque membrum magna vis cadit; 'et' hinc originem ducit, quod èt hic èt post traditum 'et' syllaba 'con' invenitur: eundem errorem librarius cod. H iam commiserat, cum errore perspecto se ipsum correxit. — Pan. X 24.5 'ad unum omnibus interfectis omnibus' Bert. unde Baehr. 'omnibus interfectis hostibus' sed in M 'omnibus' recte semel tantum exstat: 'interfectis omnibus' scribendum est. — Pan. X 25.6 'facta pugnandi copia' Bert. scripsit pro 'facta pugnandi causa' M, sed 'causa' saepe occurrit eadem significatione qua 'occasio' cf. Thes. Ling. Lat. III p. 678 et Löfstedt Eranos VIII 1908 p. 100. — Pan XII 8.5 'plus blandita' Bert. edd. pro 'blandita plus' M sine causa. — Pan. XII 15.1 'qui . . . quique' male Bert. pro 'qui . . . qui'; de 'qui' per anaphoram nude repetito apud Pacatum cf. e. g. c. 4 2/3: 'quae . . . quae', c. 6.4: 'qui . . . cui', c. 12.4: 'quos . . . quorum'. — Pan. XII 32.1: 'ipso illo' Bert. sine causa pro 'illo ipso' (M), quod restituo. — Pan. XII 36.1 'continuare' Bert. pro 'continari' AH; male, nam èt hic èt Pan. VII 8.5 'continari' ('continata') recte se habet cf. A. Kiessling coniectaneorum Spicil. I Gryphisw 1883; cf. porro Weyman et Kübler Archiv. f. Lat. Lex. VIII 129 et 136: verbum in posteriore Latinitate occurrens cf. C. IIIc — XII



43.4 'quaestione est' Bert. pro 'est quaestione' M sine causa. — XII 43.5 'tui se auctoramenti' Bert. pro 'tui auctoramenti se' (M) male; XII 45.2 male Bert. 'plantis nudis appareat' pro 'plantis nudus app.' M, cf. C. II B. — XII 45.4 'clementia tua imperator' Bert. pro 'clementia, imperator, tua' M, cf. e. g. Pan. XII 6.1: 'patrem, imperator, tuum' — Difficile est iudicatu de Pan. V 16.4: 'tunc vero pulvere et cruore foedata et in diversos situs tracta sicut dolorem vulnerum fuerunt secuta, iacuerunt' (sc. corpora) Bert. edd. — 'strata' M Novák, qui id per 'strata ita, ut diversi situs fierent' explicat, sed totius sententiae structura, quae 'in diversos situs tracta' ab sequentibus seiungit, 'tracta' commendat; 'strata' si scriptum esset, exspectares: 'tunc vero pulvere et cruore foedata erant et in diversos situs strata, . . ., iacuerunt'. — Pan. VII 4.2 'adhuc toto corpore' Bert., 'toto adhuc toto corpore' AH, unde X 'toto adhuc corpore'; quid sit rectum, difficile est dictu, sed quod 'adhuc' Pan. X 16.6 excepto ('adhuc tenerum' AH) in cett. Pan. adiectivo postponi docet Novák, cum X facere fortasse praestat. — Hactenus de Bertinensi.

Codicem W, cui antea aliquid auctoritatis attribuebatur, nunc nisi eiusdem familiae codices consentiunt, nil valere perspicuum est: Pan. I 44.6: quod AW 'rectos' (nec 'et erectos' ut male putat Kuk. in editione) habet, Baehrens 'et rectos ac vividos animos' proposuit, Kuk. 'et erectos 'cet.; sed praeter H consensus quoque ceterorum librorum fam. W 'rectosque' habet ut BCV, unde apparet èt H èt X, igitur M idem exhibuisse, in A autem, ut persaepe in codd., 'que' excidisse: quocirca 'erectosque' legendum est [1]) — Pan. VIII 9.6 'ibant per haec ora lacrimae, lacrimae . . . gloriosae' praeter W tota eius familia habet; ceteri semel 'lacrimae': aut igitur in $X^1$ dittographia duplicatum est aut in $AHX^2$ haplographia omissum. Hoc verisimilius puto: cf. c. 13.4 'indulgentiae tuae lustro? lustro' cet. M; $X^1$ igitur recte lectionem servasse videtur; mirum in modum Novák c. 9.6 non sollicitat, c. 13.4 autem ubi AHX consentiunt, male cum BCV alterum 'lustro' delet.

Ex disputatione de Cuspiniani codice haec lucramur: non-

[1]) 'erectosque' legendum esse, non 'rectosque' maxime apparet ex Plin. Ep. IX 26 1—2: 'recto . . . erigi'.

nulla Cusp. auctoritate nisi viri docti retinuerunt, quae reicienda sunt: Pan. I 2.5 'atque identidem cogitemus quam sit indignum si maius principibus praestemus obsequium' cet. Cusp., 'quam sit indignum' om. M. 'cogito si' recte defendit Kraut (Über Syntax und Stil des jüngeren Plinius Progr. Schönthal 1872 p. 27) coll. ep. V 8.3 ubi eandem ellipsin habes; ceteras coniecturas refellere huius loci non est. — I 3.1 'servabimus' pro 'servamus' male Cuspinianus, unde Strömberg [1]) sine ulla causa 'servavimus'. Pan. III 7.6 'non fortuita in vobis est germanitas usque ad imperium similitudo' M; Cuspin. edd. ant. Strömberg: '. . . germanitas, sed electa. notum est, saepe eisdem parentibus natos esse dissimiles: certissimae fraternitatis est usque ad' cet.: sed haec verba interpolata sunt quod Cuspinianus 'germanitas' in 'germanitatis' esse mutandum nescivit: saepius in M, ubi a verbo 'est' gen. pendet, nom. pro gen. positum est, cf. Pan. I 55.5: 'nam recusare omnes ambitionis, moderatio est eligere parcissimos' M (Kukula); ego quidem reor cum cett. edd. recte B 'moderationis' correxisse: c. 58.5 'magnanimitas' male X pro 'magnanimitatis'; Pan. IV 12.2 'continentia' M pro 'continentiae'. — Pan. VI 8.1 'tamen audias quanti te principis ornet affinitas' Cusp. edd. 'quam' M, quod retinendum est: 'quam' persaepe apud Ciceronem, Quintilianum cet., pro 'quantum' verbo adiunctum est. — Pan. XII 4.5 'dum Hispaniae uni quidquid laudatur assurgat', Cusp. edd. 'ubique' inserunt post 'quidquid', om. M nec est cur id addamus. — Coniecturae igitur Cuspiniani pessimae omitti possunt.

Longe autem gravissimum est, cum antea in A et X discrepantia, quae ratio esset sequenda, maxime saepe et iure dubitaretur, nunc, cum tria apographa atque duo optima habemus, viam multo procliviorem fieri. Attamen cum saepe adhuc viri docti et inter eos Kukula postremus Plinii Panegyrici editor, quid archetypus exhibuerit, non semper curantes, ex quolibet codice lectionem quandam et saepissime prave interpolatam in lucem trahant, cum ad hoc X interpolaverit et fieri possit, ut nonnulli numerum correcturarum in X iusto maiorem ducant, palaeographica quoque aut grammaticali aut alia quadam via demonstrare volo, quantopere, quae AH exhibent, fere semper recte se habeant; sed ii tantum

[1]) Strömberg, Studia Panegyrica Diss. Upsal. 1902.



loci enumerabuntur, ubi aut primus novam lectionem infero aut dubitabatur antea, quid esset legendum. Simul hoc exemplo — quo maius et pulchrius vix exstet — spero me effecturum, ut quasi necessaria mathematica ratione ad archetypum ascendendum esse videamus. Accedunt ii loci e quibus A iusto pluris aestimatum esse apparet et alii, ubi summo consensu èt A èt H èt X rectam quidem lectionem, ab editoribus tamen non receptam, exhibere e meis collationibus apparet. — Pan. I c. 2.2A H (et pars dett.) i. e. M 'nec eadem palam de principe quae prius praedicemus; neque enim eadem secreto quae prius loquimur' recte: 'palam' et 'secreto' eodem modo inter se opponuntur e. g. Ep. III 9.25—c. 5.5 'erat bene imperaturi' AH 'b. e. imp.' X; non est cur arte cohaerentia adverb. et verb. seiungenda sint. — c. 6.3: 'ruensque imperium' M et recte cf. Kienzle 'die Kopulativpartikel 'et que atque' bei Tacitus Plinius Seneca' Diss. Tübingen 1906 p. 13 et 65, 'ruens' Kuk. cum dett. — c. 7.2 'inter homines consecutus' recte AH: 'consec. inter hom.' X edd. male: longe maior pars part. perf. pass. a Plinio in fine coli vel periodi posita est. — c. 7.7: 'genueris an elegeris' recte M (A quoque!) 'genuerit an elegerit' dett. edd.: universe enim haec dicta esse, nonne èt ex p e r f. coni. èt ex verbis subsequentibus: 'si perinde . . . nascantur' aeque universe dictis apparet? c. 10.4 'tua vota' AH recte, 'vota tua' X, quod iam auris nostra damnat. — c. 11.3 ,minus hoc est' AH, 'minus est hoc' X edd. — c. 11.3 'sed licet illum aris pulvinaribus flamine colas' HX recte; A Baehr. (Kuk.) [1]) male: 'sed et licet illum turibus (turis A) aris . . . colas' male; nam illud 'et' mala dittographia est, nec minus 'turis'; cui umquam in pedestri saec. I oratione 'turibus' occurrit? Adde quod arae pulvinaria res principales sunt, nec flamen desiderari potest, 'tura' autem res est minimi momenti nec est cur memorentur. — c. 13.1 'tecum sitim ferrent' recte AH; male 'ferrent sitim' X edd.: tota hac periodo verbum in fine coli positum est. — c. 14.1 cur non 'Euphraten' quod habet M (A ē) scribamus, non video, cf. Ep. I 20.4: 'Demosthenen (cf. etiam I 2.2) Aeschinen Hyperiden', X 10.1: 'Harpocran', IV 3.4: 'Heroden' cet. — c. 14.3 'cuius tibi nullus usus' AH, 'cuius

[1]) Ubi recentiores soli editores aliquid exhibent, saepe Kuk. tantum commemorabo.

nullus tibi usus' X edd. — c. 14.5 'inter ipsa Germaniae bella' recte AH: 'illa' (X edd.) pro 'ipsa' antecedente 'ille' exortum est. — c. 15.2 'ut esse dux statim posses' omnes ad unum codices habent recte; 'ut dux esse statim posses' Kuk. — c. 16.5 i.f. 'esse' recte om. M., male in dett. interpolatum est (edd.) cf. Lagergreen l.l. p. 41 sqq.; idem de c. 29.2 dicendum est, ubi 'esse' recte in AH omissum clausula quoque docet (cf. C. II*a*); — c. 18.3 'nec animos modo sed corpora ipsa' recte AH, 'sed et' male X scripsit (edd.) cf. c. 50.4, 50.7 [1]); cf. etiam Dräger H. S. II p. 99, 100. — c. 19.2 'tu tamen maior quidem omnibus eras' recte AH, ('omnibus quidem' X edd.); illud enim 'maior' magis definitur in subsequentibus. — c. 22.1 'ac primum quid dies' omnes codd.; 'qui dies' ('d' dittographia est) igitur scribendum est; — c. 22.5 'gradus aucta est' recte AH, 'adaucta' male X (cf. C. II*a*): 'ad' dittographia exortum est. — c. 23.5 'quam similis illi dies qui hunc diem genuit' AH: transposuit 'diem' X: 'hunc genuit diem', sed tum 'illi' solum nude positum est; potius, ut AH indicant, 'diem' pro glossemate (cf. C. III*a*) habeo cum Baehr.: 'illi' et 'hunc' concinne utrumque nude positum est; alii alia hoc loco coniecerunt, iusto magis a AH recedentes. — c. 24.2 'quae prior imperatoris humanitas' recte HX sc. 'erat' cf. Lagergreen p. 42 sq., 'prius' A (Kuk.) nulla parte praestans. — c. 25.1 'non vereor' cet. recte AH, 'nec vereor' X edd., cf. c. 14 et c. 58: initio capitis 'non' invenitur; quod cum ita sit, c. 46 et c. 54 quin 'ecquis' nec 'et quis' legendum sit, haud dubito. — c. 25.3 'quantaeque tibi curae fuit' AH recte, male X, ut verborum structura facilior esset, 'quantaeque curae tibi fuit' mutavit, cf. e. g. Ep. VI 10.1; VI 28.1. — c. 26.3 'tantumque omnes tibi, quantum parentibus suis quisque, deberent' AH recte ut postulat ratio grammaticalis; male 'quisque' in X 'deberet' (edd.) effecit. — c. 26.5 'cohortantur' recte M, male cum fam. W 'adhortantur' Kuk. — c. 26.5 'puerorum' (ita X edd.) recte AH omittit: male enim inter 'infantium' et subsequentia, quae ad infantes solos spectant, interpositum est; ad hoc more suo Plin. de postremo enumerationis membro in subsequentibus copiosius disserit, cf. c. 42.2 de servis e. g. — c. 27.3 'in tota tua

---

[1]) Apparet igitur c. 63.1 neque cum Keil 'etiam et gloriae' neque cum Baehr. 'etiam gloriae' scribendum esse, sed 'et gloriae' sufficere.



liberalitate' AH recte; male X 'tua tota liberalitate', unde edd. alius aliud scripsit. — c. 28.6 'iubebis incidi' M habet et recte cf. c. 26.3 'incidi iussisti', cave igitur ne cum dett. et Kukula 'videbis' scribas. — c. 30.2 'frustra tunc' cet. HX, 'frustraque tunc' A (Kuk.), 'que' èt in H èt in X excidisse potest, sed 'que' in A ex antecedente 'repararique' insertum videtur; asyndeton in Plinii genus dicendi quadrat, cf. Lagergreen l.l. p. 40; — c. 30.5 'potestas tua' recte AH; 'potentia tua' X; iam Suster in 'Nuovi emendamenti al Panegyrico di Plinio' Rivist. di Fil. et Istr. Class. XVII p. 516 sqq. monet duodevicies 'potestas' semel tantum 'potentia' in Pan. I occurrere. — c. 31.1 'omnia ubique secunda' M habet et recte, male Kuk. cum $X^1$ 'secunda ubique' cf. etiam c. 47.6, 68.7. — c. 34.2 'inductum' M habet; male 'iudicium' $X^2$ (edd.) mutavit: 'inductum' quam rectissime se habet sc. in amphitheatrum, cf. Suet. Cal. c. 27 — c. 35.4 'imp. (= imperator) Nerva' HX, male A 'imperialis Nerva', unde Baehr. 'imperator talis Nerva', sed quomodo c. 5.1 compendio 'resp.' adductus librarius in A 'respexissent' scripsit (unde male Suster 'res publica respexissent'), ita hic prave locum supplevit. — c. 35.4 'edicto' HX, 'edicti' A, unde 'edictis' Baehr. Kuk.; sed ut saepissime in A assimilatio quaedam occurrit (cf. e. g. II 6.5 'aemulationis stimulationis', VI 9.5 'bellica Punica', XI 25.2 'commodia et vitia') ita hic illa littera 'i' subsequente 'Titi' irrepsit, nec Suetonius neque Cassius Dio quicquam ad rem stabiliendam afferunt. — c. 37.5 'inesset' om. M, male $X^2$ interpolavit (edd.), cf. rursus Lagergreen p. 41 sqq. — c. 38.7 'si modo filius in potestate fuisset patris' AH; hoc uno loco bene X transposuit: '. . . patris fuisset' (edd.) — c. 40.3: 'ex eiusmodi causis' AH, 'eiusmodi ex causis' X edd. — c. 40.4 'bona et sanguinem refudisses' recte AH ('sanguinem et bona' X edd.), ut docet clausula, cf. C. II*a*. — c. 43.3 'mori homines velint' M habet, 'homines mori velint' dett. edd. — c. 43.1 'scriberis . . . praeteriris nihilque' cet. M, 'nihil' W solus (Kuk.) male; cf. etiam Kienzle p. 68 — c. 49.1 'longe . . . longe' recte AH, 'longeque . . . longe' X, nec 'que' in AH excidit, sed in X male interpolatum est; omnis enim anaphorae vis 'que' addito interit; omnia Plinii exempla (cf. Lagergreen p. 38—39) cum huius loci usu congruunt [1]). —

---

[1]) Plin. Ep. I 18.3 'et eram' male pro 'eram' in codd. legi suspicor.

c. 43.5 'facultatibus velut hausta et implicita retro secum quicquid attigerant, referrent' sc. munera Caesarum, optime AH, male X (edd.) 'hausta et multiplicata' coniecit; duae enim tum res diversissimae inter se arte coniunguntur: 'hausta et implicita' contra optime imaginem piscatoris reddunt; ad 'multiplicata' male, ad 'implicita' optime 'velut' refertur; ne quis in eo haereat, quod 'facultatibus' simul èt abl. èt dat. est, conferat Lagergreen p. 45, cf. e. g. Ep. II 17.24; VII 1.6 cf. etiam c. 52.5: ubi male igitur, zeugma illud ut effugeret, Keil 'obiectas flammis excoctasque' pro 'obiectas excoctasque flammis' scripsit; eandem ob causam c. 17.2 minime pro 'sublimem instantemque curru' cum Heumann 'sublimem curru instantemque' scribendum est. — c. 48.1 'et admittente principe' recte HX, male A 'adm. principes', unde Baehr. 'admittente principe si'; recte Kuk. animadvertit 'si' omisso enuntiationem comdicionalem interdum enuntiationi primariae annecti, cf. c. 25.4, 66.4. — c. 49.3 'principis innocentiam ipsius' recte AH; clausula lectioni favet (cf. C. II*a*); male X 'ipsius innocentiam', 'ipsius' cum antecedente 'principis' arte coniungens. — c. 50.1 'flumina montes maria' recte AH, ut sententia loci indicat; 'fontes' (X) ex 'flumina' ortum est. — 50.4 'niteant' HX; male 'intrant' A, unde Suster 'intrantur'; nil est nisi unum e multis codicis A vitiis. — c. 54.3 'nihil ante tam vulgare' HX, 'ante te' A Strömberg, quod nil est nisi dittographia; cf. etiam c. 52.7. — c. 56.6 'decora facies, multa post saecula consulis tribunal' cet. recte AH; X autem, ut cum 'decora facies' coniungeretur, 'consulis' pessime transposuit (edd.). — c. 59.6 'duas easque summas potestates simul capere' AH optime; male 'duas easque simul capere pot. summas' X, contortius: oculus librarii a 'summas' ad 'simul' aberravit, deinde omissa addidit; X nisus alius editor aliud. — c. 60.5 'noverat pudorem, noverat moderationem hominum, qui' cet. recte AH, male 'nov. mod. hom., nov. pud., qui' X edd.: violenter enim 'hominum' et 'qui' seiunguntur. — c. 64.2 'necdumque' M recte, cf. 'et necdum' c. 14.2, c. 56.2. — c. 69.5 'amplexatur ac refovet' AH, 'et' X edd. nec erat, cur mutaretur cf. Kienzle p. 20 et 76. — c. 71.2 'te magis mirer' AH, 'te mirer magis' X edd. — c. 71.6 'ex ore Caesaris' AH, 'principis' in X (edd.) male proximo 'principem' irrepsit; de 'Caesar' et 'princeps' in una enuntiatione varietatis causa positis cf. e. g. c. 50.2; cf. c. 62.2, 3:



'Caesaris . . principem', § 4 'principem', § 5 'Caesar', § 7 'principem', § 9 'Caesar'. — c. 72.5 'voces . . quas . . nullus cuiquam terror expressit', AH 'nullus cuiusquam terror expressit' X edd. — c. 78.2 'qui sibi di videntur' AH; rursus X, ut levior esset constructio, minus recte 'qui di sibi videntur' scripsit (edd.), cf. etiam c. 83.8 'quam nullus te terror' AH recte, sed X (edd.) 'quam te nullus terror' mutavit, c. 73.5 'has nos sedes' AH, 'has sedes nos' male rursus X (edd.) exhibet. — c. 82.6 'sed si his validior ipso corpore animus imperitet' AH, male X (edd.): 'toto corpore' et insipide. — c. 82.6 'non fortunae . . non copiae' recte HX (cf. ad. c. 49.1: rursus anaphoram habes), 'nec copiae' male A (Kuk.). — c. 83.4 'hoc efficiebatur quod' AH, 'efficiebat' X edd.: 'ur' (ϛ) in X facile excidit; cf. etiam e. g. c. 10.1 'efficiebatur eo quod'. — c. 83.6 'quam illa . . vindicat, quam constanter . . . reverentur' HX, A solus (Kuk.) post posterius 'quam' 'illa' rursus addit, sed nil nisi dittographia est, cf. c. 64.3 ubi, 'ille iuravit' antecedente, male 'deorum ille irae consecraret' habet A. — Hactenus de Plinii Panegyrico.

Pan. II 1.2 'hodieque' HX recte, quare non ex 'hodie quo' A cum Novák 'hodie quoque' faciendum est cf. etiam Antib$^{6}$. p. 597. — c. 2.6 'Euphraten' M recte; formas enim Graecas saepe in Pan. nostris reperias, qua de re cf. R. Götze Quaestiones Eumenianae Diss. Hal. Sax. 1892 p. 15 [1]). — c. 4.3 'militares habitus' HX, 'militaris es habitus' A, quod eo exortum suspicor, quod in M 'militaris$^{es'}$ legebatur, ita ut 'es' non correctura, sed explicatio esset; 'militaris' igitur legendum est [2]), cf. Pan. VI 12.5 'omnis metus', VIII 7.2 'militaris vias'. — c. 5.2 'quibus ipsa multitudo pestifera tire' M habet; quod cum ita sit, illam litteram 't' pro dittographia habens 'quibus ipsa multitudo pestifera, ire' cet. propono cf. etiam C. IIb.

Pan. III. Monendum est Pan. III (cf. C. I*a*) èt in H èt in B itaque in M titulum 'Item eiusdem magistri Mamertini Genethliacus Maximiani Augusti' gerere. Tota igitur Seeckii ratio, quam in Jahrb. für klass. Phil. 1888 p. 713—726 exponit, falsa est: A enim 'item eiusdem magistri memet gen.' etc. habet, unde proficiscens Seeck titulum ita corrigit 'item eiusdem magistri mem. (oriae) et (comitis

---

[1]) Recte igitur E. Chatelain l.l. Pan. IV 18.4 'Euphrate' genitivum restituit. —
[2]) Male Götze l.l. p. 17 dicit M 'militaris' exhibere.

ordinis primi) gen.' cet. Itaque si Seeck Pan. II—IX ab uno oriri existimat, archetypi lectio eius sententiae refragatur. — c. 6.3 'aequabiliter' HX, 'aequaliter' A (Strömb.): 'bi' facile excidit ut aliae saepius in A syllabae. — c. 18.1 'exercitꝰ' AH, ex 'exercitib' (us) exortum, quod parum intellegens X 'exercitu' scripsit (cf. etiam Baehr. praef. p. XXIV).

Pan. IV 14.1 'hilaro' HA, 'hilari' X (Novák): 'hilarus' totam per Latinitatem exstitit, cf. Abraham Fleck. Jahrb. S. B. XIV p. 222: 'das alte Latein kennt nur 'hilarus'! die Form der 3 Decl. gewinnt erst seit Cicero Verbreitung', sed semper 'hilarus' mansit, cf. Neue-Wag. s. v.; quod attinet ad posteriorem Latinitatem cf. e. g. Seren. Samm. 150, Prud. Ham. 374; apud Mart. Cap. semper: 6.705, 7.726, 8.804.

Pan. V 16.5 'ut . . . nollet agnosci' habet M recte, cf. C. II*b*. — de c. 19.3: ubi solus A recte 'celebratur' exhibet, iam diximus et infra (C. II*b*) dicemus. — c. 18.2 'vob' H; AX 'vobis', quod 'vob'; pro 'vob', quod nil est, legebant: 'vob' dittographia subsequentis 'virtutis' est; recte igitur Baehr. 'ob', male Novák 'propter' legit, cf. Mus. Rh. XXX (1875) p. 464 sqq.

Pan. VI 4.4 'victores' habet M, recte igitur 'victoriis' Baehr., minus recte 'victoria' Novák concinnitatis causa ('venia' enim sequitur), quae saepius abest. — c. 9.1 'siquidem etiam di ipsi' M habet et in textum recipiendum est.

Pan. VII 4.4 'sic testis sermo iustitiae' HX recte (quamquam antecedit 'iudex modestiae rubor'), minus recte A 'iustitiae sermo' (Baehrens), cf. infra C. II*b* ubi, cur membra parum sibi respondeant, apertum erit. — c. 7.1 'Dies me ante deficiat quam oratio, si . . . percurram' M sine dubio recte; 'deficiet' dett. edd. — c. 10.5 'inermus agricola' AH, 'inermis' X (Novák): sine causa X mutavit: forma 'inermus' in posteriore quoque Latinitate invenitur, cf. Nonius p. 492: 'inermis' pro 'inermibus'; Heges. II 1.3, II 10.6, III 24.30. — c. 13.3 'Constantine' M habet recte ('maxime' add. dett. edd.): numquam in Pan. VII 'Constant. maxime' semper 'Constantine' invenias, cf. c. 1, 2, 10, 14, 16, 20, 21, 22.

Pan. VIII 2.1 'prae ceteris' A, 'prae ceteras' HX; recte A scripsit (hic fortasse — et facile! — de consulto), male 'praeter ceteras' Novák: 'prae ceteris' i. e. 'praelata ceteris' hoc loco postulatur. —



c. 3.1 'maiestate Romani gratulabatur' AH; 'Romana' mutavit X, potius cum Baehrensio 'maiestate p. (= populi) Romani' legam. — c. 5.2 'laudibus' om. M; 'meritis' potius cum W coniecerim; de 'meritis' enim saepius sermo est, cf. 4.1, c. 4.4, sed potius illud 'meritis' inter 'meae' et 'verecundia' ponam; qui exciderit, facilius tum explicare licet. — c. 7.6 'dii $\overline{mm}$', i. e. 'dii immortales' AH recte, quod iam Livineius postulabat, 'di boni' dett. edd.; idem AH recte c. 13.1 exhibent, — 8.2 'dies' om. M, pro quo 'annos' cum Rhenano addiderim. — c. 11.2 'o nos utrumne . . . dicam, an' recte HX, cf. e. g. Pan. XII 6.2, 'nos utrum nos' A; Novák Ceské mus. fil. IX (1903) p. 448: 'nos utrum', sed posterius 'nos' in A pro 'ne' mala rursus dittographia scriptum est. — c. 12.3 'onera' HX, 'huera' A quod nil nisi error est, nec 'munera' cum Baehr. coniciendum est. — c. 13.5 'desivimus' HX recte, de praeterito enim sermo est, minus recte A et edd. praeter Baehrens 'desinimus'. — c. 14 i.f. nil addit HX, A 'et cetera' compendiose et recte mea quidem sententia, nam ecquando in civitate aliena quis versatus, ut hic est orator, eiusmodi suae patriae laudatione orationem finiat? Et H èt X illud compendium non intellectum omisisse videntur.

Pan. IX 6.3 'quae si . . . confligeret, reflexa' cet. HX, 'conflexa' A, 'complexa' Baehr. male; ut iam recte Novák suspicatus est 'con' dittographia est. — c. 7.8: 'praesertim tu cum . . . dedisses' M, 'cum tu' dett. edd., 'tu' potius pro dittographia habeam et deleam; paulo enim ante 'muros vi ceperas' sqq. antecedunt; cur igitur hic 'tu' addatur, nil est. — c. 8.1 'pridie' AH, 'pridem' X edd., cf. X 30.2 et C. IIIb. — c. 8.1 'media aetate tua' HX; recte iam suspicatus est Novák 'medita' in A (unde 'perdita, aetate nostra' Baehr.) subsequenti 'aetate' exortum esse. — c. 15.3 'celeritatem illam in gerenda Scipionis' cet. habet M ('in gerendo' Baehr.); recte igitur w 'in re gerenda' restituit, quod etiam magis apparet ex eo loco, quem fontem huius sententiae repperisse mihi videor, Cic. in Verrem V 10.25: 'neque ad illius superioris Africani in re gerenda celeritatem' cet. — c, 22.5 'in superiore limite' HX, nec cum A 'superiori' legendum est, 'i' sequente 'limite' ortum est.

Pan. X 2.2 'imperii degit annum' AH, 'annum degit X cf. C. II*b*. — c. 9.2 'experiris' AH 'experireris' X, edd. ('experiebaris' alii), sed 'experiris' rectissime se habet; ante 'sed (quod erat' cet.) interpungen-

dum est: praesens in subsequentibus continuatur: 'quin extorques'. — c. 11.1 'mirari tamen non queo' HA, unde X 'nequeo', quod Novák 'satis' addito retinet, sed 'non queo' optimo iure ferri potest; 'mirari tamen satis non queo' restituerim. — c. 15.4 'spectant os' AH, 'spectatos' X scripsit, quod Novák recipit sed 'spectandos' (quod facile in dua verba diiunctum: 'spectant os' scriptum est) si probamus, nil addendum est; 'spectatos . . . et quia requisitos' Novák. — c. 15.4 'respuerunt' AH, quod recte iam Strömb. postulavit; male 'respuissent' X, quod 'communicavissent' (ita M nec 'communicassent' cum BVW Novák legendum est) peperit. — c. 16.6 'Herculem ferunt adhuc tenerum atque luctantem' AH; X: 'tenerum adhuc' cet., nec tamen est cur mutemus. — c. 17.1 'ad bellum' AH, 'ad bella' X; recte singularis numerus positus est. — c. 19.4 'quippe cui stipendia sint pauciora' AH, 'sunt' X; 'sint' in Ciceronis usum quadrat, cf. Chruzander 'de elocutione Panegyricorum Vet. Gall. Quaest. Upsaliae' 1897 p. 94. — c. 20.1 'bello lacessierunt' AH unde X 'lacesserunt', quae forma fere non occurrit: 'lacessierunt' metro damnatur, cf. C. IIb; ego: 'lacessiverunt'. — c. 26.3 'miserationem tenebrae non habebant' AH; 'habent' X; 'habebant' loci sententia defendit: 'tenebrae illae' ad unum proelium antea factum spectant. — c. 28.5 'mirum utrumque praeberet' AH, solum recte ut optime Thörnell (cf. Studia Panegyrica Diss. Ups. 1905 p. 40) demonstravit; 'murum utrumque' male X unde 'murum utrimque' edd., sed 'mirum' recte se habere ostendunt sequentia: 'quod eam (aciem) nec constipatio contraxisset nec longitudo tenuaret'. — c. 33.1 'haec victoriarum gratulationes' recte AH, 'hae' X edd. ant. Strömberg, sed 'haec' eodem modo fem. plur. significans exstat P. XI 5.1: 'haec voces fuerunt' H, 'hae' AB = 'hec' ('c' et 'e' saepe inter se confunduntur), ubi igitur M 'haec' habet; cf. P. XII 22.2: 'hee' (= 'hec)' tantum gentes' M. — c. 33.2 'implicatam quidem atque urbem obsitam gravissimis malis' AH; minus contorta constructio ut oreretur X (edd.) 'obsitam urbem' scripsit; sed constructio illa ferenda videtur: in posteriore Latinitate constructionem saepe contortam esse saepius Vahlenus demonstravit [1]). — c. 33.5 'dissipare

---

[1]) Eiusmodi verborum collocationes apud Min. Fel., Arnobium, Aurelium Victorem, tria ut afferam exempla, saepius inveniri, vix lector monendus est.



repta' AH, male X 'reperta', unde 'parta' edd.; sed illud 're' dittographia exortum est; recte igitur Livineius 'apta' restituit, cf. etiam Cic. Orator c. 71 § 235: 'facilius est enim apta dissolvere quam dissipata connectere'. — c. 35.2 'pignerareris' HX, 'pignorareris A Baehr.; sed illam formam non est cur sollicitemus. — c. 37.2 'quam facilis supplicanti' recte HX, 'supplantanti A (Baehr.) pessime contra sententiam loci: 'supplicanti' enim 'resistenti' opponitur, cf. etiam C. IIb. — c. 37.4 'manu parcat' AH, 'manui' X Novák cf. c. 5.2: 'non terra obtentu est' M: Nazarius dativo in 'u' usus est, male X interpolavit etiam Pan. XI 24.5 ubi recte AH 'senatu . . . reddideris' habet, X male 'senatui'.

Pan. XI 10.1 'is si nunc in idem illud editum reponatur' HX; A 'nunc mihi idem' cett., unde Baehr. 'mihi in'; sed iam Schenkl W. Stud. III p. 129 suspicatus est in A male 'm' pro 'in' scriptum esse. — c. 12.2 cave ne, quod AH 'comibus' habent, cum Strömb. 'comibus' legas; 'comibus' enim pro 'coibus' i. e. 'communibus' positum est, quod X perscipsit; 'comis' enim notio pravitatis numquam subest. — c. 19.2 'unde factum est' sq. AH, male post 'factum' X 'est' interpolavit; verbum 'esse' saepe in Pan. XI omittitur, cf. c. 5.5, 7.3, 13.2, 16.1, 20.3; — c. 20.1 'Manilios' recte AH (Strömb.): iuris enim consultus M' Manilius (Pomp. Dig. 1.2.2.9) significatur, cf. e. g. Cic. Orat. 48 et passim apud Ciceronem: saepius, ut hic, simul cum P. Scaevola et Servio Sulpicio commemoratur; de plurali pro singulari usurpato cf. c. 19.2. — c. 23.6 'navitae' AH, 'nautae' X mutavit (Novák), 'navita' in posteriore quoque Latinitate saepius occurrit, cf. Gellius A. N. 16.19, Apul. Met. 6.19, Jul. Val. I 4.1 cet. — c. 26.1 'numquam in animo esse suspicaret (suspicarer H) audivi' AH; 'suspicatum' X edd. ant., sed recte Baehr. ex AH 'suspicacem te audivi' ('in animo' recte idem in 'in amico' mutare vult): 'suspicacem' recte se habere apparet ex subsequentibus: 'nemo . . . nemo deceptus est'; decipere enim est suspicacis hominis. — c. 31.5 'post emensos labores AH, 'immensos' X viri docti praeter Thörnell; cf. Pan. VII 3.3 'militiae gradibus emensis', Amm. Marc. XIV 1.1 cet. cet.

Pan. XII 2.3 'gratis agebant' AH; rursus X usitatius vocabulum 'gratias' substituit ('gratias' Novák, quod in ceteris Pan. semper

'gratias' legitur!) — c. 3.5 'rogitasse contentus' HX recte nec (cum Baehr.) ex A 'recogitasse' 'percogitasse' coniciendum est: illud 'co' enim rursus dittographia est. — c. 6.3 'cum se paria iunxerunt, utraque maiora sunt' HX, 'coniunxerunt . . . meliora' A Baehr., sed in A 'coniunxerunt' dittographia antecedentis 'cum' est, nec minus 'meliora' (optimam quamquam praebet sententiam) damnandum est, cf. C. II*b*; 'melior' et 'maior' saepe in mss. confunduntur; siquid video Pan. XI 18.5 'maiore ('meliore' M) aevi parte transacta' legendum est, ut 'tirocinium' quoque indicat. — c. 8.3 'et prius quidem quam . . . venio, . . . attingam' AH Latinae grammaticae convenienter; male 'veniam' X edd., quae mala forma antecedenti 'quam' imputanda est. — c. 10.1 'perpetuo divina motu' AH habent, 'div. perp. motu' X, nec igitur est, cur Novák Bert. lectionem 'perp. div. m.' improbet. — c. 10.3 'honori operam remisisti' AH; optimam habemus sententiam; 'honore' X, quod Novák pro lectione tradita habet et male delet. — c. 17.2 'omne vicit exemplum' HX; A dett. pars 'omne vincit exemplum'; recte 'vicit' se habet: Pacato enim Horatium pernotum fuisse docet Hertz Annal. ad carminum Hor. historiam part. 3 (Ind. lect. Vratisl. 1879 p. 15), cf. c. 14 in., c. 33.2 ubi sine dubio Epoda VIII respicitur [1]); hoc loco nescio an Ars. Poët. v. 342: 'omne tulit punctum, qui' cet. Pacato in mente haeserit; 'vicit' retineo. — c. 21.2 'summa', c. 22.4 'gravis' H ut X; utroque loco A corruptelam habet 'samina' et 'gravius', unde igitur nil suspicari licet. Baehr.: 'cacumina'? 'gravior'? — c. 24.2 'necesse me erit' AH, 'necesse erit me' X Novák, quod 'necesse est' pronomine non secernitur in Paneg., sed. cf. J. Wackernagel 'Über ein gesetz der indogerm. Wortstellung 'Indo-Germ. Forschungen' I (1892) p. 333 sq.: pronomen 'me' 'te' cet. saepe artissima vincla rumpunt cf. in Lat. vet.: 'obs te sacro' cet. Huius usus vestigia parva, ut hic, ita per totam Latinitatem exstant. — c. 28.2 'quod . . . dolentes' habent HX, in A facile excidit, quod librarii oculus ab altero ad alterum 'quod' aberraverat, ut saepius in A; eiusmodi pleonasmos habes c. 23.1, c. 34.1 — c. 32.3 'accederet. qua tua benignitate' HX recte; A 'ac' unde 'hac' Baehrens, sed 'ac' ex 'accederet' originem ducere

[1]) Eandem ob causam c. 11.6 cum Balduino 'cum moribus Augustus ornaret' lego coll. Hor. Epist. II 1.2.



iure iam suspicatus est Novák. — c. 45.5 'duobus an tribus' H, 'autribus' A ex 'antribus' ('u' et 'n' in A saepe confunduntur), X: 'aut tribus', sed 'an' recte pro 'vel', praesertim ad numeros inter se iungendos usurpatur; neque hic neque XI 24.5 consensu librorum sollicitato cum Novák 'aut' scribo. Cic. de Amic. 4 ille affert, qui locus exemplum fuit: 'vix tria aut quattuor nominantur paria amicorum', sed ut numeros ('duo — tria') ita 'aut' in 'an' mutavit; quin XI 9.4 quoque 'unis an binis epistulis' ex 'uni sambinis ep.' M restituo ('aut' edd.). — Restat ut de Pan. III 17 i.f. dicam H recte 'interneciva' habere cum BV, cett. libros 'internecina'; 'va' praestat, cf. Hildebrand ad Apul. Met. V 12; in posteriore quoque Latinitate 'interneciva', numquam 'internecina' legitur, cf. Iustinus 6.6.2, 9.9.4, 16.2.3; Amm. Marc. 14.8.2, 18.7.7, 19.1.9, 20.4.10, 22.16.15 cet.

Postremo nonnulla de fragmentis R addamus. R ut multas bonas lectiones habet, ubi M depravatus est (cf. e. g. c. 80.1 'locupletando fisco operatus sedes' recte habet, cf. Haasium miscell. philol. II p. 19. — c. 86.4: 'stetit precatusque est abeunti prona maria' habet R) ita corruptelis abundat: c. 80.1 'quam' om., c. 86.2 'tactum est' pro 'factum est' cet. Magni autem refert R quoque interpolatum esse, cf. Keil. l. l. p. 8 et 9; cf. e. g. c. 78.6 'hos quibus' pro 'quorum', c. 79.4 'docili' pro 'modicelli' M cet. Fugerunt tamen Keilium hi loci: c. 8.1 'nec iudicio hominum, sed deorum etiam' M, 'nec modo iudicium hominum' cet. R; 'modo' in R interpolatum credo, erroremque in M hinc originem ducere, quod in exemplari 'iudiciū $\overset{o}{m}$' (= 'iudicium modo') legebatur, unde 'nec iudicium modo' lego, quod magis in Pan. Plinii genus dicendi quadrat, cf. c. 2.1; 18.3; 27.2; 37.5; 50.4; 71.7; 83.1; 'nec modo' tantum c. 17.3, 'modo' saepius in M per compendium '$\overset{o}{m}$' scriptum est, cf. C. III*c*. — c. 80.3 'vere principis curas' cum Strömb. retineo, 'veras principis curas' R pro interpolatione habeo: cf. e. g. c. 36.1: 'nunc vere aedes'. Ut levior verborum ordo oreretur, duobus locis mihi videtur R interpolasse: c. 8.3: 'advocata hominum contione deorumque' M; 'advocata contione hominum deorumque' R; contortus verborum ordo saepius apud Plinium occurrit: Ep. I 8.17 bis; I 20.18; II 4.2; II 5.4, sed hoc loco paulo longius processit. — c. 85.8 'obligandi

adest facultas tanta, ut' M, 'obligandi tanta facultas inest' R; 'inesse et 'adesse' huiusmodi locis promiscue adhibet Plinius; hinc igitur nil cum Keilio concludere licet, sed nonne perspicuum est rursus R in ordine verborum offendisse et transposuisse? 'tanta' postpositum habes: c. 32.2 'benignitas tanta ut' cet. — Simul pro inusitato 'adesse' 'inesse' posuit. — Errore R peccasse videtur c. 8.1: 'non servitus nostra sed salus et libertas et securitas fundebatur' (Kuk.); ego cum M '. . sed libertas et salus et securitas' lego, ut 'servitus' statim 'libertas' opponatur; adde quod saepius, ubi duo vocabula per 'et' coniunguntur, allitterationem adhibet Plin., ut hoc loco 'salus et securitas', cf. Kienzle p. 78, cf. e. g. Ep. I 3.4; I 6.2; II 6.1 cet. — c. 86.1 'quantum' legendum esse, R 'que' male interpolasse C. II*a* ostendam. Quid de ceteris R locis iudicem ex ipsa editione satis elucebit. — De codicibus iam satis! Ex quibus diligenter excussis quantos et quot fructus capere possimus, iam iudicare licet.

---

## CAPUT II: DE CLAUSULIS RHETORICIS A PLINIO CETERISQUE PANEGYRICIS ADHIBITIS.

### A. PLINII CLAUSULAE.

Ex quo Georgius Wüst dissertationem suam 'de Clausula Rhetorica quam praecepit Cicero, quatenus in orationibus secutus sit' (Diss. Argent. 1881) emisit, complures alii viri docti secundo aut malo omine de clausulis rhetoricis disputaverunt, quorum nomina et systemata Zielinscki in 'das Clauselgesetz, Grundzüge einer Orat. Rythmik' Philol. S. B. IX (p. 591—831) p. 611 enumerat [1]). Mihi hoc solum premendum est duas potissimum rationes viros doctos amplexos esse, quarum altera ceterorum omnium (praeter duos) propria est (qui et ipsi inter se multum in multis rebus differunt), alteram Havet et Bornecque sequuntur, qui duarum ultimarum vocum mensuram singillatim respiciunt et magni interesse putant, quae sit vox ultima, quot qualibusque syllabis constet, unde proficiscentes,

[1]) cf, etiam H. Bornecque 'Les clausules métriques latines'. Lille 1907 p. IX.



quam vocem antecedere liceat, constituunt. Inde permagnus nimirum numerus generum clausularum nascitur; quod systema perplexum se ipsum damnat, et iam ante me J. Wolff in 'de Clausulis Ciceronianis' Jahrb. f. klass. Phil. [1]) S. B. XXVI (1903) p. 582 adn. I, Hofacker 'de Clausulis C. Caecilii Plinii Secundi' Diss. Bonn. 1903 p. 57, Zielinscki l. l. et alii ostenderunt Bornecqii via ac ratione rem omnino perturbari. Quam eandem viam Bornecque ingressus est in disputatione sua: 'Les Lois métriques de la Prose oratoire Latine d'après le Panegyrique de Trajan' Revue de Philol. XXIV (1900) p. 201 sqq., ubi imprimis de metris initio periodorum adhibitis agit. — Ego autem ceterorum rationem secutus, qui quamquam verborum clausulas efficientium caesuras non omnino neglegunt, tamen, qui pedes in fine periodorum exhibeantur, potissimum quaerunt, eandem (si aliquam) initii periodorum metra tractanti adhibendam censeo. Multo minor metrorum variatio adest, sed unicuique eorum magna exemplorum turba attribuitur; at in magna, quam Bornecquii systema suggerit, variatione nonnullae sunt clausulae, quibus singulis perpauca tantum adiudicari possunt exempla, quae hanc ob causam Bornecque damnat. Idem perperam, quales codices aliquid valeant, parum curans, suo arbitrio lectiones mss. deteriorum recipit aut ipse textum mutat. Sed iam exemplis rem illustremus: c. 34.3 'nihil tamen gratius'; duo quod iambi exhibentur, damnat et 'nil' scribit (c. 12.1 'vident enim' admittit 'enim' excipiendum opinatus; cur, quaeso, ,tamen' illicitum est, 'enim' non est sollicitandum?); ego tamen comparo: c. 52.4 'iuvabat illidere', c. 54.1 'sed illud indignum', 67.2 'tenebit ergo', 79.6 'videmus ut', qui mihi loci probant duos iambos admitti initio periodorum. — De tertio genere 'esset' agens damnat duos trochaeos: c. 29.3: 'quippe non ut ex' (male ',quippe' Born. proponit), c. 29.5 'inde copiae inde' (male 'copiae;'), c. 80.4 'talia esse crediderim' (male ',talia'); ego confero: c. 23.2 'gratius tamen', c. 48.5 'non adire quisquam', c. 56.2 'ecquid est enim', cf. c. 61.2; duos igitur trochaeos initio periodorum Plinius admisit. — Quin etiam tres trochaei initio periodi inveniuntur: c. 3.4 'non enim periculum', c. 4.6 'ut nihil severitati', c. 40.5 'tu nihil referre', ubi Bornecque quidem 'periclum,

[1]) = Diss. Vratislav. 1901.

nil, nil' legit, sed si demonstravero tres atque adeo quattuor spondaeos et anapaestos inveniri, quin hisce locis nil mutandum sit, non dubitandum erit; tres spondaeos invenias c. 19.4: 'Felices illos, quorum'; c. 70.2 'o te dignum, qui de magistr.'; c. 72.3 'an, si posses, in fine', c. 76.1: 'iam quam antiquum, quam consulare'. Omnibus hisce locis nil mutat Bornecque, nec magis c. 17.2 'mox ipsum te sublimem curru', c. 71.6: 'atque etiam cum suffragatorum' sq'. c. 80.4 'praesertim cum indulgentissimus imperator', ubi quattuor spondaei exstant, lectionem sollicitat; quam ob causam c. 50.6 'ipsos illos magni aliquando imperatoris' male pro 'illos' 'hos' legit, quod etiam ratio grammatica damnat, nec c. 67.5 'egit cum dis ipso te auctore', 'dis' in 'diis' mutandum, nec c. 24.5 'Illos ergo umeri cervicesque' 'hos' cum Born. pro 'illos' scribendum est. Immo quattuor spondaeos initio periodorum inveniri constat. — Idem de anapaestis dicendum est. Tres habes: c. 60.5: 'bellorum istud sociis', c. 8.2 'allata erat ex Pannonia', c. 46.5 'ex quo manifestum est principum'; quattuor quoque anapaestorum exempla exstant, quae male Bornecque delet. Ut enim quattuor spondaei, ita quattuor anapaesti admittendi sunt; sed etiam, quod gravius est, ratio interdum grammatica Bornecquii coniecturis obstat: c. 17.1 'videor iam cernere non spoliis', Bornecque male 'videor iam <mihi>' cet., male, quod sequuntur haec verba: 'videor . . . intueri'; aut 'cernere' et 'intueri' transponit: nimis violenta transpositio. — c. 18.2: 'inde offensae pariter gratiaeque' edd. 'et inde' M Bornecque, sed 'et' prava dittographia est ('timet' antecedit); 'inde' non 'et inde' legendum esse docent loci hii c. 49.8, 73.1. [1]) — c. 42.3 'omnis accusatore domestico liberasti' M, 'domestico accusatore' Born. — c. 80.3 'o ver$^{e}$(as) principis atque etiam dei curas'; pessime Born. 'curas!' — Quattuor igitur anapaesti tolerandi sunt. — Tres creticos habes: c. 38.7 'cur enim posteris amplior', c. 57.3 'nam secundum imperator quidem' ut de duorum exemplis taceam. — Ut rationis pravitas etiam magis eluceat, addendum est c. 40.1 e pessima V dittographia 'carebit honore onere' Bornecque 'carebit hoc oneroso onere' finxit! c. 45.1

---

1) cf. nunc etiam Burkhard 'zu Plinius Lobrede' W. St. XXXI (1909) Heft I (Sept.) p. 137.



'primum quod — arbitrabantur', quod causa aperta BV omittunt, delet!

Minus igitur recte Kukula in editione sua omnes Bornecquii lectiones commemorat atque non solum commemorat, sed re ipse non explorata Bornecquio auctore c. 11,2 'licet et', c. 31.1 'secunda ubique', c. 32.2 'quanto libertate discordi servientibus' (ubi recte Gesner 'libertati' scripsit) in textum admisit. Nil idcirco de metris initio periodorum a Plinio adhibitis pro certo habendum est; immo e supradictis iure suspiceris minime ea adhibita esse. Quod si in Plinii Panegyrico recte se habet, nonne verisimile fit de reliqua pedestri oratione idem esse iudicandum [1])? Quod saltem de ceteris Panegyricis iam hic dicendum est, nam rursus eiusdem rei in C. II*b* exempla afferre supersedebo: scire sufficiat eos quoque a metris initio periodorum adhibendis abstinuisse.

In media parte periodorum quattuor eiusdem metri pedes non adhibitos esse perhibet Bornecque; viginti tamen quinque locos excipit, quorum decem tantum atque eos pessime mutat (cf. e. g. c. 70,2: quod C 'meruerunt' habet 'meruissent' male proponit!). Verum magnus exceptionum numerus nil rursus certi constare probat; omnem enim operam clausulis in fine periodorum adhibendis Plinius et ceteri Pan. navasse videntur, de quibus iam nunc agemus.

De clausulis a Plinio adhibitis Hofacker in dissertatione supra laudata recte disputavit et recte animadvertit in Panegyrico easdem clausulas atque in Epistulis adhibitas esse. p. 26 has clausulas exhibet: A –́ ⏑ –̀ –́ ∾ [2]) (A$^1$ ⏑́ ⏑ ⏑ –̀ –́ ∾, A$^2$ –́ ⏑ ⏑̀ ⏑ –́ ∾, A$^3$ –́ ⏑ –̀ ⏑́ ⏑ ∾); B –́ ⏑ –́ ∾ (B$^1$ –́ ⏑ ⏑́ ⏑ ∾) [3]); C –́ ⏑ –̀ –́ ⏑ ∾̀ (C$^1$ ⏑́ ⏑ ⏑ –̀ –́ ⏑ ∾̀, C$^2$ –́ ⏑ ⏑̀ ⏑ –́ ⏑ ∾̀, C$^3$ –́ – –̀ –́ ⏑ ∾̀); D –́ – –́ ∾ (D$^1$ –́ – ⏑́ ⏑ ∾); E –́ ⏑ ⏑ –̀ –́ ∾ (E$^1$ –́ ⏑ ⏑ –̀ –́ ⏑ ∾̀); F –́ ⏑ –́ ⏑ ∾̀; G –́ – –́ ⏑ ∾̀. C$^3$ equidem non recipio sed pro claus. G habeo. — Antequam hoc systema supplebo, dicendum est cur Zielinscki ratio post Hofackeri systema vulgata a me spernatur. Illam Zielinscki basin – ⏑ – primum

---

1) In disputationem nostram congruunt verba quae A. Kirchhoff in disputatione sua 'de Apulei clausularum compositione et arte Jahrb. für class. Phil. S. B. XXVIII (1903) p. 39 expressit: 'frustra me studuisse confiteor ut numerosam aliquam compositionem in initiis investigarem'. — 2) Lapsus calami videtur esse, si ⏑́ ⏑ ⏑ –̀ –́ ⏑ ∾ A$^3$, –́ ⏑ –̀ ⏑́ ⏑ ∾ A$^1$ nominatur et C$^3$ per –́ – –̀ ⏑ –́ ∾̀ redditur. — 3) nos autem C : B, B : C, B$^1$ : C$^2$, D$^1$ : D$^2$ appellamus.

eo non in clausulas CDFG recipimus, quod Zielinscki cogitur multas formas ei attribuere: – ⏑ –, – – –, – ⏑ ⏑ –, – ⏑ – –, unde iam liquet eam plane incertam esse neque revera existere. Adde quod interdum, ut basin habeamus, clausula duodecim (vel plurium) syllabarum fingenda est (cf. illas Ziel. formas 8.8 cet.). — Denique quod pertinet ad Plinium ceterosque Panegyricos, id pono: numquam clausulae ictum cadere in eam syllabam brevem, quae in sermone pedestri neque accentum graviorem neque leviorem habet. Exempla enim, quae Hofacker p. 54 affert, aliter explicanda sunt: Ep. II 17.7: 'continet et accendit', IV 16.1 'cetera tenebantur', V 6.39 'nititur et [1]) ascendit', VI 28.2 'omnia relaturos', VII 4.2 'tragoedia vocabatur', VIII 14.4 'minoribus haberemus', IX 18.1 'epistula tua‿ostendit', Pan. c. 61.4 'specimen haberetur', c. 76.9 'incedere videretur' non ⏑́ ⏑, ⏑ – – ∾ (A[1]) metienda sunt; clausula a G. Meyer [2]) in auctoribus posterioris Latinitatis explicabatur per: ∾ ⏑ ∾, ⏑ – – ∾, quam 'Freie Kretiker' appellat; verisimile contra mihi videtur baseos huius, ut in clausula C (vide infra) rationem non esse habendam, quod in fine vox quattuor syllabarum exstat et basis incerta est; clausulam habemus D[1]: ⏑́, ⏑ – –́ ∾; clausulam –, ⏑ – – ∾ quidem per clausulam A –́ ⏑ –̀ –́ ∾ explico. — Ep. II 13.3 'ac potius unus', Pan. 31.6 'parte alius amnis' non –́ ⏑ ⏑̀ ⏑ –́ ∾, sed ⏑́ ⏑ ⏑ –́ ∾ (C[1]) metienda sunt. — Pan. 83.1 'penitus inspici', Ep. IX 29.2 'venia sufficit' F[1] habes — Ep. VI 20.12 'addere gradum cogo' = A: 're' positione producitur cf. e. g. Ep. V. 5.7: 'mortalitás meà scripta; — Pan. c. 66.2: 'utilitatibus et insurgere' G[1] habes. — Eodem modo talia exempla in Wolfii disputatione hic illic exstantia tollere licet. — Basin autem Zielinscki si recipimus, saepius in illam legem peccatur cf. e. g. Ep. IV 3.5 'linguá scribère máluísti; Ep. VI 31.16 'vélut aggère construuntur; effugium enim illicitum videtur si dubitans '–́ ⏑ ⏑' basin admittit Zielinscki p. 684: diaeresin pro syllaba longa brevem licitam reddere! quo effugere ne licet quidem in exemplis huiusmodi: Pan. c. 93.2: 'agére qualès ánte príncipés eránt'. Ep. VIII 2.5: 'miliúm decìmám tulérunt', V 7.4: 'tantum óbsequìúm vocétur'; quos locos et

[1]) Monosyllaba enim aut enclitica aut proclitica sunt; hisce locis proclitica habemus. — [2]) Cf. G. Meyer Gött. gel. Anz. 1893 I p. 1 sqq. cf. etiam Gesammelte Abhandlungen zur Mittellat. Rythmik Berlin 1905 II p. 241 sqq.



multos alios ita explicet quis ut rursus basim ⏑́ ⏑ – ⏑̀ ⏑ et –́ – ⏑̀ ⏑ admittat, sed tunc forma illa usitata – ⏑ – nullo fere loco invenitur!!

Clausulis Hofackeri hae sunt addendae: A[1,2]: ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑̀ ⏑ –́ ∾ et A[1,3] ⏑́ ⏑ ⏑ –̀ ⏑́ ⏑ ∾; exempla multa sunt: A[1,2]: Ep. III 1.6: 'praecípere vìdeátur'; Pan. 89.1 'elígere mèliórem [1]); A[1,3] Ep. VI 21.1: 'ingénia dèspício'; Ep. VII 20.6: 'páriter àccípimus' cet.; Pan. 27.1 'líbeat èxpédiat'. — Praeterea clausula –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ∾̀ (a) ab Hofackero neglecta saepius invenitur cf. e. g. Pan. c. 11.5 'ácciperént dabànt', c. 32.3 'omniúm bona pértinènt', c. 44.6 'ín tenebrís agìt', c. 55.1 oculís animó sedèt, Ep. IV 19.4 'áuribus éxcipìt' cet. In multo maiore parte iambus vox ultima est, ut in posteriore Latinitate cf. G. Meyer l.l., qui hanc ob causam clausulam –́ ⏑ ∾̀ recipit, quae illis temporibus certo, Plinii quoque aetate fortasse usitata est. Quod cum ita se habeat, minus recte Kuk. cum Hofackero c. 55.7 'ne sit locus domino' pro 'ne sit domino locus' scripsit cf. etiam 42.2 'ét dominós habènt'. — Tres interdum trochaei occurrunt: Pan. c. 63.4 'Danubio Rhenoque dirimare'; c. 64.2 'fieri soleret', Ep. IV 9.16 'dandos uterque recte' cet. — Saepe ubi vox quattuor aut quinque syllabarum periodum claudit, liberius Plinius operatus est, cf. e. g. Ep. VI 6.4: 'viventes reverentur', VI 31.5 'etiam relegavit', Pan. c. 22.3 'milites peperissent' cet.; c. 41.3 'nos didicerunt': ubique finis hexametri exstat! De vocibus quinque syllabarum cf. Ep. IV 17.10 'destituisse', VIII 14.13 'et‿relegare', Pan. I. 6 'a necessitate: tres trochaei; c. 62.2 'insinuavit'. Certa quidem pars synezesi explicari potest, quam adhibitam alias quoque invenimus cf. e. g. Ep. IV 8.4 'ín studiis cúpio' IV 19.3 'iúdicii túlerim.

Clausulae igitur in Plinii Panegyrico hae sunt:

A –́ ⏑ –̀ –́ ∾
A[1] ⏑́ ⏑ ⏑ –̀ –́ ∾
A[2] –́ ⏑ ⏑̀ ⏑ –́ ∾
A[3] –́ ⏑ –̀ ⏑́ ⏑ ∾
A[1,2] ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑̀ ⏑ –́ ∾
A[1,3] ⏑́ ⏑ ⏑ –̀ ⏑́ ⏑ ∾
B –́ ⏑ –̀ –́ ⏑ ∾̀

[1]) Quam ob causam minus recte Hofacker (et Kuk.) Ep. IV 7.3 'efficere potuisset' transposuit: 'potuisset efficere'.

$B^1$ ⏑́ ⏑ ⏑ –̀ –́ ⏑ ∾̀
$B^2$ –́ ⏑ ⏑̀ ⏑ –́ ⏑ ∾̀
C –́ ⏑ –́ ⏑
$C^1$ ⏑́ ⏑ ⏑ –́ ∾
$C^2$ –́ ⏑ ⏑́ ⏑ ∾
D –́ – –́ ∾
$D^1$ ⏑́ ⏑ – –́ ∾
$D^2$ –́ – ⏑́ ⏑ ∾
E –́ ⏑ ⏑ –̀ –́ ∾
$E^1$ –́ ⏑ ⏑ –̀ –́ ⏑ ∾̀
F –́ ⏑ –́ ⏑ ∾̀
$F^1$ ⏑́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ∾̀
G –́ – –́ ⏑ ∾̀
$G^1$ ⏑́ ⏑ – –́ ⏑ ∾̀
a –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ∾̀
(tr.: tres trochaei: –́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑
hex.: hexameter –, ⏑ ⏑ – ∾; ,– ⏑ ⏑ – ∾)

Dicat quis fere omnes variationes, quae omnino occurrere possunt, adhibitas esse a Plinio; sed primum quaedam sunt, quae perpetuum quasi exilium patiuntur (finis hexametri, tres trochaei cet.), deinde cum Zielinsckio p. 603 premendum est multum interesse quae clausula adhibeatur; non omnes idem valent: maior pars minus frequens est: ABC solae persaepe occurrunt, $DA^1$ saepe, $B^2E^1D^1G$ contra admodum raro; ceterae raro adhibitae sunt. — Hactenus de ratione et doctrina.

Quae inde in Pan. lucremur, nunc videamus, sed primum id pono: clausulas minus quidem frequentes atque adeo raro occurrentes, in codd. tamen traditas, tunc solum esse sollicitandas, si alias quoque ob causas lectio suspecta est; easdem autem clausulas coniectura in textum recipere, nisi grammatica clara voce flagitat, non audeo. — c. 2.2: 'neque enim eadem secreto quae prius loquimur' legendum est (cf. C. I*b*), cui lectioni clausula quoque favet ($A^3$) 'secreto loquimur' (dett. edd.) multo minus frequens est ($D^1$). — c. 5.2 'inusitato signo enotuit' (G) [1]) Suster Kuk. 'inusitato enotuit' M;

[1]) Non enim hiatum in clausulis Plinianis statuere ausim, quem alias e. g. apud Minucium Felicem saepius occurrere concedendum est.



'signo' quidem c. 94.4 commendatur; clausula autem 'omine enotuit' (Keil.) multo praestat (B): adde quod 'omine' facile intercidisse potest; 'omine notuit' (Baehr.) clausula reicit (a). — c. 22.5 'in singulos gradus aucta est' revera cum AH legendum esse clausula docet: 'adaucta' tres parit trochaeos. — c. 29.2 'natus videretur' recte AH (cf. C. I*b*) (A cl.), male 'esse videretur' X, quo additamento claus. E exoritur. — c. 40.4: 'bona et sanguinem refudisses' cum AH (cf. C. I*b*) clausula legere iubet. — idem de c. 49.3 'innocentiam ipsius' dicendum est. — c. 52.1 'cum . . ipse non adeptus' M, unde Lipsius (nec $M^1$) Kuk.: 'ipse non adoptes' sed tres trochaeos habes; praestat igitur cum Livineio 'adpetas' legere (B). — c. 60.2 'postulantibus adire' M 'postulantibus adside' Baehr., sed clausula non favet (a), 'audi' Lipsius sed hexametri finis adest! alii alia; praestat 'adi' ($C^2$) legere; 'adire' infinitivus male vocabulo 'postulantibus' exortus est. — c. 69.6 'et conservet et afficiat' ita AH, unde X edd. 'efficiat', quod clausulam non praebet: 'conservet et faciat' ($A^3$) legendum est; eiusmodi error in X c. 83.3, ubi recte AH 'fecisti'; ad hoc 'efficere', numquam in Pan. ita usurpatum invenitur, 'facere' contra saepius cf. c. 11.3; c. 37.7; c. 43.4; c. 44.1 cet. — c. 71.3 'parem accipientibus honorem qui dabat' M; 'qui dabat honorem' male Kuk.: $A^2$ ita habes ut duarum brevium, in quas longa syllaba soluta est, altera ad alterum vocabulum pertinet; quod quidem invenitur (cf. infra p. 48) nec tamen coniectura inseruerim: lectio M clausulam quidem minus frequentem G, optimam autem praebet sententiam, nec igitur sollicitanda est. — c. 86.1 'retinere non possum' optima clausula est (A), quam ob causam in subsequentibus 'quantum' lego et 'que' quod R addit, pro interpolatione habeo; quo enim addito pulchra clausula perit cf. p. 36. — c. 92.1: 'excipere praevenit' M ($A^1$) clausula est multo frequentior quam 'praevenit altera', Müeller [1]): F, nec 'altera' ante 'praevenit' cum Livineio, Baehrensio lego (E), sed post 'alterius' 'altera' addo cum Keilio, ubi facile intercidit: clausulam bonam servamus. — Quod attinet ad orthographiam, c. 39.4 'quod di dedissent' legendum esse apparet (cum Kuk.) nec cum Baehr. 'dei': tres oriuntur trochaei; 'quod dedissent' AX, 'dedidissent' H, unde

[1]) cf. C. F. W. Mueller: C. Plinii Caecilii Secundi Epistularum libri novem, epistularum ad Traianum liber, Panegyricus, Lipsiae 1903.

di
apparet in M 'dedissent' exstitisse). — c. 53.6 legimus: 'merito reprehendantur'; licita quidem est clausula (E), multo autem melior ea fit si 'reprendantur' legimus (A) cf. c. 78.7 ubi AH 'deprenderes' habent; utroque igitur loco breviorem formam restituerim, cf. Bramb. Orthogr. p. 286.

### B. DE CLAUSULIS A CETERIS PANEGYRICIS ADHIBITIS.

Ceteros quod Panegyricos omnes spatium centum annorum complectitur, a Plinio contra etiam priores duplicem numerum distant, una paragrapho omnium clausulas tractabo, ita autem ut prius universe de omnibus, deinde de singulis disputetur. — De clausulis in Panegyricis Latinis adhibitis ante me iam egerunt Novák l.l. p. 5—7 et Zielinscki Phil. Suppl. B. 10 (1907) p. 431—466: 'Das Ausleben des Clauselgesetzes in der Römischen Kunstproza'. Recte Novák dicit hasce clausulas Pan. maxime adamasse: –́ ◡ –́ ◡, –́ ◡ –̀ –́ ◡, (–́ ◡ –́ ◡ –̀,) –́ ◡ –̀ –́ ◡ –̀; exitum contra heroicum eos aversatos esse; qua ratione nisus nonnullas Baehr. coniecturas refellit, quas nos quoque tractabimus infra. Clausula codd. BCV aliquid auctoritatis attribui male ad Pan. VII 16.4 probare conatur (cf. p. 8). Fugerunt eundem prosodiae licentiae: Pan. XI 28.5: 'nitentia per orbem serena refundi' reicit et 'serena' delet, ut hexametri finem eiciat, 'reffundi' 'f' duplicata legendum ignorans. — Zielinsckium eodem modo quo apud Ciceronem in Pan. operatum ob causas supra allatas non secutus sum; et ipse confitetur Zielinscki saepius illam basin pro – ◡ – cet. formas: – ◡ ◡[1]), ◡ ◡ ◡, ◡ ◡ – exhibere; explicare quidem rem conatur, sed vero cedere nonne multo praestat? Quod attinet ad prosodiam multa optime affert: 'o' in fine nom sing. et gerundi(v)i, in exitu primae personae verb. modo brevem modo longam metiendam esse; de syllaba 'red' dicit Pan. IX 13.5 'aciem rettudit' scribendum esse, X 24 'ingenio repperisti' recti legi, XI 28.5 'reffundi', XII 25.3 'omissa metu relliquorum' esse legendum. Ego denuo et sine ullo praeiudicio clausulas Panegyricorum explorans easdem ab hisce atque a Plinio adhibi-

[1]) Etiam illis locis quibus brevis syllaba non per diaeresin (cf. p. 40) explicari potest!



tas esse repperi, addendam solam esse hanc: $A^{2,3}$ –́ ◡ ◡̀ ◡ ◡́ ◡ ∾. Tres trochaei apud eos quoque raro inveniuntur; de clausula C hoc igitur dicendum est duos trochaeos in fine periodi vel coli (cf. infra) ita positos esse, ut, ne tertius trochaeus antecederet, fere semper caveretur. Quin etiam ut apud Plinium ita apud hosce clausulae ABC persaepe (inter quas rursus A longe superat BC) occurrunt; ceterarum autem clausularum (praeter $A^1$, $A^2$, $A^3$) in plerisque Pan. pauca exempla exstant, $A^3$ multo saepius quam $A^1$ invenitur: contra apud Plinium $A^1$ multo superat. — Maxime vero inter Plinii et ceterorum Panegyricorum clausulas hoc interest, quod, cum a Plinio in periodi fine solo eae adhibitae sint, a ceteris colorum ita ratio habita est, ut eaedem leges èt in periodi èt in coli fine valerent. — Sed iam exemplum rem melius explicabit: | = A \ = $A^3$ ┌ = $A^{1,3}$ / = B ╲ = C.

Pan. XI c. 10: Si quis mortalium in aliquam caelestem speculam núbe sùblátus | paulo ante uidisset maesta omnia semiruta oppida, desolata moenia, ab indigenis solitudinem, éxulùm túrbam , is si nunc in idem illud editúm repònátur | ac despiciat cuncta laetantia, agros consitos, urbes frequentes, aquas oppidis ínfluéntes ╲ magnifico cultu non priuatas aedes, sed publica técta sùrgéntià /, dites pro terrarum ingeniis méssibùs ségetes \, uincentes agricolarum uóta uìndémias /, arduos colles profundasque ualles et lata camporum balatu hinnitu mugítibùs pérsonà /: profecto mirabitur tam breui cúncta mùtáta |, desiliet e nubibus et uiciniam caeli cupide dérelínquet ╲ ut tuis, imperator, terrís fruátur. ╲ illud uero cuius miraculi est neminem ullum in tanto rerum paratu sensísse dìspéndiùm /, in omnia pecuniam ab imperatóre dèprómi | et quoddam uersa uice prouinciis pendí tribútum ╲, illinc ad uniuersos flúere dìuítias ( ┌ ) quo prius undique cónfluébant ╲ ut in maxima quaestione sit, a quo accipias, ímperátor ╲, qui sic omnibus lárgiáris. ╲ sed qui uitae tuae instituta rationémque cògnóuerìt. / facile fontem copiae húius ìnuéniet \. maximum tibi praebet parsimonia tua, Augúste, uèctígal. | quidquid enim alii in cupiditates proprias pródigébant ╲, id omne nunc in usus publicós resèruátur. |

Quod igitur Norden in 'Die Ant. Kunstprosa' II p. 943 sq. iam de Apulei, Minucii Felicis cet. clausulis statuit: post cola quoque clausulam adhibitam esse, id nos in Pan. demonstra-

vimus. Ex eodem exemplo apparet non semper binas clausulas easdem esse et inter se respondere, quod nonnulli falso postulaverunt (ne in Plinii quidem periodorum clausulis hoc iure quis contendat). — Deinde ex Plinii ceterorumque Pan. clausularum similitudine perspicuum fit minus recte G. Meyer l.l. perhibere a grammatico quodam ‘cretici’ systema, in Latinitate posteriore adhibitum, medio fere saec. II p. Ch. n. inventum esse [1]. Cum eiusdem ratione et cum systemate E. de Jonghe: „les Clausules de St. Cyprien” Mus. Belg. 1902 p. 246 sqq. praesertim nostra ratio conferenda erat. Sed in priore parte, qua nobis opus erat, a Meyeri systemate fere nusquam de Jonghe recedit: eo uno me ditat de Jonghe, quod in Cypriano quoque nonnullis locis tres trochaei inveniuntur. Meritum est permagnum G. Meyeri, quod primus a cretico proficiscens, firma illius rationis fundamenta posuit, qua omnes fere ceteri usi sunt. Quas clausulas postulat, de clausulis posterioris Latinitatis universe disputans, has revera de Jonghe in Cypriano, ego in Paneg. invenimus. In hoc solo a Meyero differo, quod non omnes formas ad creticos redigo, nec igitur illos ‘Freie Kretiker’ neque illos ‘Verschobene Kritiker’ recipio. Putat enim, multum typologiae tribuens, inter, – ⏑ – ∾ et –, ⏑ – ∾ interesse, alteram clausulam basin antecedere creticum, ita ut aut altera aut utraque syllaba longa corripi possit: ⏓ ⏑ ⏓, – ⏑ – ∾; qua de re quid censerem, supra p. 39,44 dixi; alteram clausulam (cuius variationes has statuit: ⏑ ⏑ –, ⏑ – ∾; –, – ⏑, – ∾; – – ⏑, ⏑ ⏑ ∾) ita exortam: ut pro – ⏑, – – ∾ syllaba breui et longa inter se transpositis – –, ⏑ – ∾ poneretur, quam ob causam eam ‘Verschobene Kretiker’ appellat. Ego autem eandem rationem in utraque clausula adhibitam esse animadvertens, ut duobus trochaeis in fine positis plerumque tertius non addatur, ambas pro una habeo: –́ ⏑ –́ ∾; cum Meyero facio –́, ⏑ ∾̆ (cf. p. 41) postulante (cf. etiam de Jonghe l.l.): fere semper ubi illicita clausula quaedam occurrit, in fine vocem iambicam longa syllaba praecedente habes. De vocibus quattuor et quinque syllabarum in fine positis idem universe dicendum est atque de Plinii eiusmodi vocabulis. — Nunc iam ad singulos transeamus Panegyricos.

---

[1]) cf. etiam Norden l.l. p. 926, Hofacker l.l. p. 52.



De Clausulis Pan. II.

In hoc Pan. hasce invenias clausulas:

A $A^1$ $A^2$ $A^3$ $A^{1,2}$ $A^{1,3}$ $A^{2,3}$ B $B^1$ $B^2$ C $C^1$ $C^2$ D $D^1$ $D^2$ E $E^1$ F G I( – , ⏑ ∾)a
83 11 13 20 1 2 40 7 1 56 2 5 9 9

Clausulae igitur $A^{2,3}$ $C^1$ $C^2$ $D^1$ $D^2$ E $E^1$ a desunt, in clausula F vox extrema semper quattuor syllabarum est, excepto c. 2.5 ‘victoriae auxerint’ (hiatum enim vix statuam hoc loco; synaloephe enim vocalium semper adhibetur, nisi quod hic illic levis quidem hiatus meliorem praebet clausulam; nullo autem loco, ubi lectio certa est, synaloepha clausula illicita nascitur). De clausula G idem dicere licet, nisi quod duo loci excipiendi sunt: c. 5.2 ‘astu perdere’ cet. 11.5 ‘imperator vestra laus est’ (‘est’ et ceterarum formarum monosyllabarum verbi ‘esse’ ratio habetur numquam in clausulis, nisi raro, ubi non participium, sed substantivum, ut hic, antecedit: fortasse igitur C habes); tres trochaeos habes c. 4.2 ‘principem subisti’; vox una quinque syllabarum malam clausulam exhibet: c. 14.2 ‘proponere ad imitandum’, una sex syllabarum: c. 14.5: ‘caelestium beneficiorum’. — Ad textum constituendum haec lucramur: c. 1.1 iam Novák l.l. ‘constituisse’ (Baehr.) damnavit, ‘condidisse’ male repetit M nec tamen quicquam proponit Novák; praestat cum Schenkl (Wien. Stud. III p. 118—130 p. 119) ‘consecrasse’ legere. — c. 2.1 ‘quicquid vocis habeamus’ recte M ut docet clausula; male edd. ant. ‘habemus’ cf. etiam Chruzander l.l. p. 94: ‘post verba relativa generalia coniunctivus iterativus apparet’ cet. cf. etiam C. III*b*. — c. 4.3 male de Rooy ‘vastatorem imitatus est’, quod praeter sententiam clausula reicit (hexametri finis!). — c. 5.2 ‘quibus ipsa multitudo pestifera’ legendum esse supra (p. 29) dixi; suffragatur clausula; ‘erat’ enim addito clausulam $B^3$ habes, quae non occurrit. — c. 6.3 ‘vota suscipere et coniuncta debere’ M; ‘coniuncta’ male defendit Novák, ‘soluta reddere’ Baehrens, sed obstat clausula; Götze (cf. Jahrb. f. klass. Phil. Vol. 135 p. 851 sq.): ‘nuncupata solvere’, quod aeque damnatur; recte ‘cuncta debere’ Thörnell quod ratio palaeogr. et clausula (A) commendat. — c. 9.1 ‘fraternumque eloquium’ (M) clausula damnat ($D^2$); ‘colloquium’ recte correxit ς: primum optimam habes clausulam (B), deinde ‘eloquium’ pro ‘colloquium’, quod sententia loci postulat, nusquam occurrit, saepe denique ‘con’ et ‘e’ confundi ratio palaeogr. docet. — c. 10.3 ‘cominus acceperit’ (Rühl, Baehr.) clausula damnat,

'munus acceperit' pulchra B clausula est et recte se habet nec cum Novák 'serviendo' in fine inserendum est; totius enim loci haec est sententia: . . . magnus Alexander iam mihi humilis videtur Indo regi sua regna reddendo, . . . cum (sc. 'quidem', quod omisssum est ut c. 3.1) per te, ut Porus per Alexandrum, regnum receperit Genoboudes, sed multo maiore contumelia affectus sit quod (omnibus Genobaudis contumeliae testibus) e tuis manibus coram acceperit munus supplex; propono igitur: 'Genobaudes, a te vero munus acceperit'. — c. 14.3 'consuetudine magnificentiae tibi debitae' M 'consuetudinem' Baehr., accusativum si legimus, 'celebrandi in ea', quod antecedit, clausulam praebet, quae ferri non potest; neque sententia accus. postulat; 'consuetudine' igitur retineo. — Quod attinet ad prosodiam, c. 3.3 et c. 9.1 'rettulisti' legendum est. — Addendumst, ut in ceteris, ita in hoc Pan. saepius clausulas duabus ultimis syllabis consonare (cuius rei ratio tunc solum habenda est, si in paenultimam ictus cadit), cf. c. 5.3: 'cum ipse pugnares, ipse . . . dimicares'; c. 6.4: 'rapuisti . . . transtulisti — redisti'; cf. c. 9.1, c. 11.1, c. 12.4 ('tenerentur-caederentur'). —

De Clausulis Pan. III.

Adhibitae sunt clausulae haece:

| A | $A^1$ | $A^2$ | $A^3$ | $A^{1,2}$ | $A^{1,3}$ | $A^{2,3}$ | B | $B^1$ | $B^2$ | C | $C^1$ | $C^2$ | D | $D^1$ | $D^2$ | E | $E^1$ | F | G | I | a |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 98 | 11 | 24 | 24 | 3 | 2 | | 34 | 3 | 3 | 60 | 1 | 6 | 9 | 3 | 2 | 2 | 2 | 6 | 7 | 10 | |

omnes clausulae (praeter $A^{2,3}$ a) in Pan. III inveniuntur; de clausulis F et G rursus idem dicendum est: vox trium syllab. in fine positum est c. 12.1 'elata gaudio', c. 4.3 'vicissim nesciunt', c. 19.2 'praeceptis traditur'. — Voces quinque syllabarum in fine positae non liberius tractatae sunt nisi quod c. 7.6 'imperium similitudo' malum habet ictum et c. 11.5 'oculis ad intuendum' tres trochoei occurrunt. — c. 3.1 unum ex exemplis raris habemus, ubi duarum brevium in quas longa syllaba soluta est, altera ad alterum vocabulum pertinet: 'acquiéscerè velítis'. Non semper igitur invenitur quod G. Meyer postulat: ut duae illae breves in $A^2$ initium vocabuli efficiant; quod neque in vocabulis longioribus semper ita se habet neque in exemplo laudato, cui addendi sunt alii loci etiam e Plinio: Ep. IV 3.3 'innécterè vidéntur', V 6.29 'tángerè vidétur', V 17.6 'ignóscerè vidéntur'; in Pan. hisce locis: Pan. VII 6.3: 'óssibùs opértos, P. X 19.8 'pígnorè tenéres cf. etiam p. 43. — Clausulae consonant haece: c. 3.4; c. 8.3; c. 10.3; c. 10.5 bis; c. 12.3; c. 16.2. — Ratio critica: c. 2.4 'et . . . quam virtus véstra nòn séntit, pati vos putaremus iniuriam', quod Baehr. proponit, clausula commendat pulchra (A); 'quam' (q̄), quod in M desideratur, facile potest intercidisse; 'etsi (vel 'quam') . . . sentiret' ut cum edd. ant. legamus nec clausula nec ratio palaeographica suadet. — c. 7.1 'gaudió triùmpháre' M recte se habet, ut clausula quoque monet; 'gaudio tripudiare' Baehrens, cui lectioni clausula, si non reicit, minus tamen favet. — c. 9.2 'ut . . . radii sequebantur' M, unde Baehrens 'ut . . . sequerentur' speciose, sed finem hexametri habemus; pro certo igitur habendum est 'et . . . radii sequebantur' cum edd. ant. legendum esse; 'ut' qui ortum sit, nos vocabulum antecedens 'tuebatur' certiores facit. — c. 10.4 'verticibus oriretur': clausula $D^1$ bis praeter hunc locum occurrit; an oreretur? ($A^{1,2}$), quod Pan. IX 22.5 quoque et X 21.2 legere praestat; clausula enim adest, quod subsequens 'an' (M) recte se habet nec 'aut' scribendum est. — c. 13.2 'nisi vestrae parere pietati' M recte; 'parcere pietati' Baehr. in adnot. critica, sed clausula obstat: 'parere' positum est, ut respondeat verbis quae antecedunt: 'certa lege temporum'. — c. 17.4: 'Albis Germaniam' (G) edd., quod ferri quidem potest; multo autem praestat cum M 'Alba Germaniam' (B) legere, Alba eodem modo apud Vopiscum in vita Probi c. 13 legi me monet G. Meyer. Hoc quoque inde lucramur, quod alteram formam hic, alteram IX 21.5 'Albim' ('Album' M) invenimus; quod rursus ad quaestionem Eumenianam solvendam aliquid afferre potest. — Quod attinet ad orthographiam, c. 5.4 'Sarracenum' legendum est, quod XII 22.3 cum M restituendum est.



Clausulae Pan. IV:

| A | $A^1$ | $A^2$ | $A^3$ | $A^{1,2}$ | $A^{1,3}$ | $A^{2,3}$ | B | $B^1$ | $B^2$ | C | $C^1$ | $C^2$ | D | $D^1$ | $D^2$ | E | $E^1$ | F | G | I | a. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 71 | 12 | 39 | 25 | 2 | 2 | | 31 | 5 | 2 | 53 | | 3 | 1 | 1 | | 1 | | 4 | 3 | 9 | |

Clausulae $A^{2,3}$ $C^1$ $D^2$ $E^1$ a desunt; in claus. FG vox trium syllabarum in fine non invenitur; c. 8.2 tres trochaeos: 'patientiae magistras'. Clausulae consonant hae: c. 4.1 'voluerunt . . . iudicaverunt', c. 13.4 'praedicantes . . . seruantes', c. 17.1; duobus porro locis quattuor clausulae ita adhibitae sunt, ut prima cum tertia, secunda cum quarta consonet; c. 5.3: 'dignati . . . tribuerunt . . . occupati . . . duxerunt' (recte igitur Baehrens 'occupatis' (M) in 'occupati' correxit); c. 21.2: 'quiescentem . . . fulminantem . . . exerentem . . .

calcantem'. — Ratio Critica: c. 2.2 pro 'commodare' M, Baehr.: 'commodum involare' scripsit, Götze l.l. p. 858 'commodum arrogare', Novák 'commodum subire' quae omnes coniecturae metro damnantur (tres sunt trochaei), nisi hiatum levem prioribus duobus concedas [1]); exempli gratia 'commodum explere' propono (A). — c. 4.1 'huius quoque operis instauratione parendum est' M; male Markland: 'instauratio referenda est', quod clausula reicit; nec 'in' ante 'instaur.' inserendum est; ablativus enim est instrumentalis. — c. 4.2 'auxilium . . . principis irrogaret' M; corruptus est locus; 'irrito rogaret' Baehr., 'principis rogaret' Novák, sed utrumque clausula (3 trochaei) improbat; nec magis 'imploraret' Bongarsii placet, quod D semel tantum occurrit; 'invocaret' Gruteri èt clausula èt ratio palaeogr. suffragatur; an 'erogaret'? erogare = rogare cf. Apuleium Met. I 6. — c. 8.3 'Herculis atque Musarum' M; 'atque' retinendum esse nec cum Merula Ennii fragm. p. 555 (cf. etiam c. 7.3) pro glossemate eiciendum docet clausula; de consulto hic 'atque' additum videtur: hoc enim loco 'Herculis' ad 'Caesar Herculius' respicit qui nimirum non tam arte coniunctus est cum Musis quam Heracles Musagetes comes et dux Musarum. — c. 15.3 male Livineius pro 'humanitate conciliant' ($A^3$) 'humanitate condiunt' proposuit: $- \smile$, $- \smile \sim$ non occurrit in Pan. IV. — c. 15.5 'moverer adducerer' M unde 'moverer et adducerer' W edd., sed $E^1$ clausula in hoc Pan. non legitur; ideo aut cum Cellario 'moverer ac ducerer' lego aut asyndeton retineo quod hic illic in posteriore Latinitate occurrit e. g. apud Munic. Fel., cf. Sittl. Loc. Versch. der Lat. Spr. p. 97, Wölfflin Archiv. f. Lat. Lex. VII p. 478 sq.; cf. etiam C. III*b*. — c. 16.3: 'quantum ad honorem spectat, accipi oportere autem autque usu' cet. M, unde Gruterus '. . . accipi oportet, re autem atque usu', ad traditam lectionem quam maxime quidem accedens, sed clausula vetat hexametri finem coniectura inserere; accedit ut nesciam an non satis apte Eumenius de pecunia

[1]) Ut in Apulei clausulis illum hiatum saepe occurrere putat Kirchhoff l.l. p. 7, ita in Panegyricis nusquam ut illum statuamus necesse est, nisi quod semel vel bis hiatu illo concesso melior oritur clausula. — Apud Apuleium quoque multo minus saepe concedendus est quam existimat Kirchhoff eam quoque ob causam, quod saepius in illis Apulei scriptorum partibus a Kirchhoffio conceditur, in quibus mea quidem sententia clausula non adhibita est.



sibi ab imperatoribus data se eam accipere oportere dixerit. Ego scribo: '. . . spectat accipio ($A^3$); re autem atque usu' cf. etiam c. 11.3 'quantum ad honorem pertinet, adoratum accipio'. — c. 18.2 'ut quae opertis fluctibus vagabatur, repente insula Delos exsisteret' M; recte w 'operta' scripsit, ut apparet ex iis quae sequuntur: 'Britanniam, . . . quae . . . emersit' ('apertis' Baehr.) nec cum Baehr. 'sisteret' legendum esse rursus docet clausula; iam ante me viri docti 'exsisteret' recte restituerunt. — c. 20.2 'aut pietate restituunt aut virtute devincunt aut terrore devincunt' M, unde Puteanus 'terrore devinciunt': clausula pulchra B! male nonnulli 'devincunt' omittunt (claus. D); male Novák 'terrore comprimant' (cf. supra); adde quod annominationem Eumenius adamavit, cf. c. 4.2 'non solum pro admiratione meritorum, sed etiam pro miseratione casuum', c. 17.1: 'ubi fas est docendi praemia consecrare nisi in sede dicendi' (neque igitur utroque loco 'docendi' legendum est, cf. Mus. Rh. XXX (1875) p. 466.). Denique totum locum Pan. V 20.3 imitatus est: 'aut metu quietum est aut armis domitum aut pietate devinctum'.

Clausulae Pan. V:

| A | $A^1$ | $A^2$ | $A^3$ | $A^{1,2}$ | $A^{1,3}$ | $A^{2,3}$ | B | $B^1$ | $B^2$ | C | $C^1$ | $C^2$ | D | $D^1$ | $D^2$ | E | $E^1$ | F | G | I | a |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 89 | 8 | 19 | 32 | 1 | 1 | | 51 | 2 | | 63 | 2 | 1 | 3 | 1 | | 1 | 1 | 3 | 1 | 6 | |

Clausulae $A^{2,3}$ $B^2$ $D^2$ a desunt; $E^1$ dubio tantum loco adest: c. 4.3 'qua dies oritur et praeteritur et conditur' M, unde edd. 'praeterit' (an 'praetervehitur'?); FG raro inveniuntur, numquam vox trium syllabarum in fine adest. — c. 14.1 'proveniebant' vox quinque syllabarum finem hexametri complectens, ut saepius apud Plinium (cf. supra). Ultimae voces semel tantum consonant: c. 19.4: 'concinebant — devovebant'. Ratio critica: c. 1.3: 'recensere numerando' M recte nec cum Baehr. faciendum esse 'enumerando' legente iam adnotavit Novák l.l. — c. 5.4 'necesse nobis quae priora nobis sunt maxime sunt gratulari' M, unde w 'necesse est quae propria nobis sunt maxime gratulari'; Baehr.: 'necesse nob. max. est gratulari, quae propria nobis sunt', sed 'maxime gratulari' perpulchram clausulam exhibet, quam ob causam ordinem verborum cum Novákio non sollicito, qui omnino lectionem w recipit; ego quidem prius 'nobis' non deleo, quod omnino desiderari vix potest, sed 'necesse est nos, quae prop. nobis sunt, maxime gratulari' propono. — c.

10.2: 'tota Aegyptus Syriae defecerant' M; clausula G semel occurrit; quapropter et quod 'Noricum Pannoniaeque vastatae' subsequitur 'Syriaeque' cum Livineio lego (claus. B). — c. 11.4 'ad hoc natio . . solis Britanni Pictis . . assueta hostibus . . facile . . signisque cesserunt' M.; 'Brittanni' recte hic seclusit Baehr.; 'cessit' autem scribere nolo, quod 'signisque cesserunt' optimam praebet clausulam: 'Brittanni', qui nondum commemorati sunt et vix desiderari possunt, ante 'Romanis' inseruerim. — c. 14.4 'quaedam minacia videbatur signa contemneret' M, male Novák 'videbatur signa' pro glossemate delet: pro clausula B inusitata $E^1$ exoritur; praestat 'quae videbantur' legere cum edd. ant. — c. 16.5 'ut . . . nollet agnosci' (cl. A) cum M nec 'et . . . nolle agnosci' legendum esse probat clausula. — c. 19.3 'quae . . . voce celebratur': recte solus A (cf. p.p. 12, 30): claus. $A^2$; 'voce celebrabatur' (HX) nullam omnino exhibet clausulam; sententia porro huic lectioni non favet: multo enim magis Panegyrici est imperatoris clementiam a gentibus s e m p e r celebratam fingere.

C l a u s u l a e  P a n  VI:

| A | $A^1$ | $A^2$ | $A^3$ | $A^{1,2}$ | $A^{1,3}$ | $A^{2,3}$ | B | $B^1$ | $B^2$ | C | $C^1$ | $C^2$ | D | $D^1$ | $D^2$ | E | $E^1$ | F | G | I | a |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 59 | 10 | 18 | 26 | 1 | 1 | | 31 | 5 | 2 | 67 | | | 3 | 1 | | 1 | 1 | | 5 | 7 | 1 |

In hoc igitur Panegyrico plures clausulae C quam A inveniuntur; $A^{2,3}$ $C^1$ $C^2$ $D^2$ F desunt; c. 8.4 'gentibus intulit' (a): exemplum ubi — ⏑ ⏑ — ⏑ — ita invenimus, ut vox ultima non duarum syllabarum sit; — —, — ⏑ — habes: c. 9.2 'laudi cederes'. Clausulae consonant hisce locis: c. 4.2: 'punisti . . . vinxisti', c. 5.3: 'crevisses . . . meruisses'; c. 6.5; c. 11.4; c. 11.6; c. 12.5. — H a e c  l u c r a m u r: c. 2.2 'radicibus convalescat' M 'rad. coalescat' edd. ant., sed metrum obstat (finis hexametri!). — c. 5.2 'incipiente virtute' (A cl.) M; 'incipiente iuventute' Baehr., sed clausula monet ne mutemus (E semel tantum invenitur); recte 'virtute' se habet: Scipio Pompeiusque virtute iam probati honores maturius acceperunt, tu autem virtute incipiente. — c. 6.1 'potestatis astrueret' M (cl. B); 'potestatis is astrueret' Baehr., quod metrum reicit; 'is' ad hoc duplicatum male sonat. — c. 9.1 'quae . . . hauriuntur volentibus' M; 'hauriuntur' si retinemus, clausula sed mala oritur; recte igitur Acidalius delet. — c. 14.4 'voluptate perfrueris'; 'perfrueris' praesentis temporis formam esse demonstrat clausula ($A^3$, futurum enim tres trochaeos exhiberet); in antecedentibus igitur 'quanto nunc gaudio potiris' nec 'potieris' cum Baehr. (ACw 'potiris'; H cett. dett. 'poteris') legendum est.



C l a u s u l a e  P a n. VII:

| A | $A^1$ | $A^2$ | $A^3$ | $A^{1,2}$ | $A^{1,3}$ | $A^{2,3}$ | B | $B^1$ | $B^2$ | C | $C^1$ | $C^2$ | D | $D^1$ | $D^2$ | E | $E^1$ | F | G | I | a |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 136 | 13 | 41 | 57 | 2 | 3 | 1 | 53 | 9 | 4 | 79 | | 3 | 2 | | | | | 3 | 5 | 23 | 1 |

Clausula A longe ceteras superat; $C^1D^1D^2EE^1$ desunt; inter clausulas G duae sunt vocem 3 syllab. in fine habentes: c. 6.4 'captivitati traderet', c. 12.3 'capti plurimi'; malum accentum habes: c. 20.2 'pectóre tuò bónitas; semel vox quinque syllabarum dat clausulam (a): c. 10.2 'pacem violaverant'. — Clausulae consonant: c. 3.3 'voluisti . . reddidisti'; c. 10.4 'perhorrescant . . . quiescant'; c. 18.1—2; c. 25.1. L u c r a m u r  h a e c e: c. 1.1 'dicendi facultatem dicendi' M; Baehr. prius 'dicendi' deleverit; cui non adstipulandum est, nam tum clausula inusitata D nascitur; contra cl. A habes 'dicendi' posterius delens. — c. 1.2 'nam qui . . . dicit ex tempore, . . . sentit imperium' seclusit Eyssenhardt [1]); duae autem optimae clausulae ($BA^3$) exhibentur: ferri porro haec verba facile possunt. — c. 1.3 'sed malo orationem meam quam respui' M; Baehrens post 'meam' addidit 'esse mancam', Acidal. 'requiri', Thörnell 'minui'; sed clausulam G habes parum occurrentem; praestat cum w e. g. 'brevem esse' supplere (cl. B); an 'curtam esse quam respui'? facile oculus librarii a 'curtam' ad 'quam' potuit aberrasse; c. 2.5 'quod imperator es' M male: 'natus es' Livineius; 'ortus es' Arntzen, 'ortu es' Baehr., sed neque cl. D placet, neque tres trochaeos inferre licet; lego igitur: 'es natus'; 'natus' ante 'tantaque' facile excidit, 'natus es' ordo quidem verborum magis usitatus postulat, sed clausulae causa saepius vocabula suo loco moventur cf. ad c. 4.4. — c. 3.3 'quamvis te . . . fortunae posuisset' M, unde 'favor' ante 'fortunae' inseruit Baehr., quod fieri clausula (finis hexametri!) vetat; cum edd. ant. ut 'fortuna' legamus suadeo: genitivus e mala assimilatione ('acquirendae gloriae' antecedit) originem ducit. — c. 3.4 'patere plano' M male; Livineius 'petere e plano', sed clausula E non adest in Pan VII; 'petere plano' coll. Val. Max. 8.10.2 proponat quis (cf. C. III*b*: in Pan. persaepe abl. sep. nude ponitur), sed $C^1$ non occurrit; quam ob causam G. Meyero assentior, qui se 'petere de plano' legere

[1]) Cf. F. Eyssenhardt Progr. Berolinense a. 1867.

mecum communicavit [1]). — c. 4.4 'sic est index modestiae rubor sic testis sermo iustitiae' HX (cf. p. 30) recte tradidisse indicat clausula ($A^3$), quod etiam magis apparet, si V 19.3 conferas, qui locus exemplo erat: 'in rubore verecundiae, in sermone iustitiae'; clausulae causa concinnitas corrupta est. — c. 11.5: 'bicorne mersantur' M recte se habere optime demonstravit Thörnell p. 19: 'bicornis' pro 'flumen' in Lat. post. usurpatur; clausula idem probat; coniecturae autem praeter Baehrensii: 'bicorni amne mersantur' metro refelluntur; 'flumine bicorni mersantur' edd. ant.; 'greges bicornes' Novák (D inusitata); quod cum ita sit, antecedens 'toto' recte se habet, nec cum v. Wageningen Mnemos. XXXVII 1909 p. 447 'tuto' legendum est. — c. 11.7 'semel acie vincitur, sine fine documento' (cl. $A^2$) M; 'sine fine est documento' Baehr. sed finis hexametri repugnat; pessime Strömb. 'fine' pro dittographia habet: nullam adhoc habes clausulam; 'sine fine <poena> documento' v. Wagen. l.l., quod clausula admittit; sed nil mutandum est, si 'documento' pro abl. instrum. explicamus: semel acie vincitur, perpetuo documento i. e. ea poena, qua duces hostium affecti sunt. — c. 14.2 'questibus arguatur' (C) M; 'questibus acuatur' Baehrens, sed propter malam clausulam cum Schenklio 'arguatur' restituendum est. — c. 14.2 'adhuc contemplatui cogat ut quamvis irati revereat' M; Baehr. 'adhuc contemplatu tui cogamur quamvis irati revereri'; sed clausulam obstare iam vidit Novák, qui et ipse infinitivum retinere vult, quod 'cogo, ut' in cett. Pan. non occurrit! Schenkl.: 'adhuc contemplatu tui quamvis irati cogar ut reverear' Schenkl.; ego, quam maximé ad M accedens: 'adhuc contemplatus tui cogat ut quamvis irati reverear' (cl. $C^2$). — c. 15.1 'cui digredienti ad anulos sederas' M; 'cui digr. aulicos mulos et raedas' Baehr.; alii alia, sed verbo 'sederas' deleto pulchra illa clausularum consonantia 'dederas . . . sederas . . . mandaveras' perit; 'ad anulum sederas' pro 'ad sinistram sederas' non quidem invenitur, nihil tamen mutare audeo. — de c. 16.4 'exercitum habere sapientem' cf. p. 8. — c. 16.5 'quos facile vicit quisquis imitatus est' M; 'quisquis aemulatus' Baehr., sed tres sunt trochaei; recte igitur viri docti 'imitatus' restituerunt. — c. 18.5 'confitendum est imperator' M, 'tibi imperator' Baehr.; rursus tres trochaei obstant. — c. 18.6 'flava praeverterent' M, unde 'flabra praeverterent' Livin. (cl. B); 'flamina' ne cum Strömberg, qui errans dicit A 'flamina' exhibere, legamus impedit clausula ($E^1$). — c. 21.3 'ferre quae vocaveras' M; Baehr. 'votaveras', sed ut 'voveras' cum w, edd. ant. legamus, monet clausula; 'votare' praeterea raro occurrit. — c. 22.5 'praesentia munera' M; recte 'praesentiae tuae munera' Livineius coniecit (cl. B), nec cum Baehr. 'praesentis munera' (mala cl. G) legendum est. — c. 22.6 'omnia et hominibus et moenibus et muneribus augentur' M: pulchra clausula ($A^1$); si cum Baehr. 'ex muneribus tuis' legimus aut 'et muneribus' Novákio assentientes delemus, aut D aut E inusitatas habemus; adde quod tunc allitteratio 'moenibus . . . muneribus' perit, de qua universe cf. Ranninger: Über die Allitteration bei den Gallolateinern des 5ten und 6en Jahrh. Gymn. Progr. Landau 1895; ne haeseris, quaeso, in eo, quod 'munera' paulo ante universe de omnibus beneficiis, hic de donis usurpatum est. — Prosodia: c. 23.2 'offícia pàlátià; 'pā' producitur, ut hic illic apud Martialem! Orthographia: c. 13.5 'supplices petiverunt' legendum est ('petierunt' M), cf. c. 18, ubi bis eadem forma legitur.

[1]) Nisi levem concedas hiatum ita ut 'petere | e plano' clausulam $A^1$ efficiat.



Clausulae Pan. VIII:

| A | $A^1$ | $A^2$ | $A^3$ | $A^{1,2}$ | $A^{1,3}$ | $A^{2,3}$ | B | $B^1$ | $B^2$ | C | $C^1$ | $C^2$ | D | $D^1$ | $D^2$ | E | $E^1$ | F | G | I | a |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 82 | 4 | 18 | 26 | 2 | | 2 | 30 | 3 | 1 | 58 | | | 5 | 3 | | 3 | 1 | 5 | 6 | 13 | 2 |

Clausulae $A^{1,2}$ $A^{1,3}$ $C^1$ $C^2$ $D^2$ desunt; c. 8.3 'ad laetitiam' ($D^2$) vox quinque syllabarum est; bis clausula a exstat: c. 3.3 'auxiliantibus': vox sex syllabarum; c. 5.4 'exanimarat acerbitas'; tres trochaeos habes: c. 9.3 'peculiariter rogare' (textus corruptus est 'peculiater' AH sed cum X 'peculiariter' scribamus necesse est); clausulae – ‿, – ‿ ∼ et – –, – ‿ ∼ aeque frequentes sunt atque –, ‿ – ‿ ∼ et –, – – ‿ ∼ (c. q. , – ‿ – ‿ ∼; , – – – ‿ ∼); clausulae consonant: c. 4.3 'favisset . . potuisset'; c. 4.4: 'exstruendis . . transferendis'; c. 7.2; c. 10.1; c. 10.4; c. 11.1. — Ratio critica c. 6.5: 'in voragines est stagna conversum' M; 'stagna' delet Baehr., sed èt pulcherrimam habemus clausulam (A) nec 'stagna' pro glossemate necessarie habendum est; Götze 'et stagna est conversum'; ego clausulae causa cum Rittershusio: 'in voragines et stagna conversum est'. — c. 8.2: 'sollemni verborum more iuratur' M: pulchra clausula A! Baehr.: 'soll. verb. honore oratur': clausula D. cf. praeterea Plin. Ep. X

52 ubi, ut hic, de precatione sermo est, qua ut di principem incolumem servent, precantur; legimus haec: 'praeivimus commilitonibus ius iurandum more sollemni, eadem provincialibus . . . iurantibus'; 'sollemni . . more iuratur', quod recte se habet, 'securi vovemus' opponitur. — c. 8.4 prius 'protulimus' recte delet Jaeger, ut clausula ($A^3$) quoque docet, altero 'protulimus' deleto D habes nec grammatica favet. — c. 10.2: 'illico fecit' M, 'illico facit' Eyssenh. Baehr., sed 'illico fecit' clausula commendat: 'quicquid cogitavit illico fecit' i.e. quidquid cogitavit, illico factum est! 'facit' prorsus perversum est. — c. 10.4: 'diu fruges hiemps cohibet vere licita estas (ver elicit aestas edd.) flore solidat calor ematurat' M; in fine cum Acidalio 'calore maturat' lego (cl. A!); nec 'maturat' pro glossemate habeo; facio cum Hauptio [1]) totum locum sic emendante: 'diu fruges hiemps cohibet, ver elicit, rore aestas solidat, calore maturat' nisi quod 'aestas rore' scribo, quod magis ad M accedit; male Novák 'aestas solidat' [calor ematurat] (cl. $D^2$!). — c. 11.1 'utroque dicam' M unde 'utraque dicam' Bert. edd.; clausula autem monet, ut cum w 'utrumque dicam' legamus. — c. 12.2 'quia vicino perfertur' M corruptus; 'vicino tempore fertur' Baehr., sed clausulam obstare iam animadvertit Novák; 'vicina ope perfertur' ('perfertur' iam edd. ant.) Götze, sed 'per' hic ferri non potest, quod breve tempus fertur; 'quia vicina ope fertur' Strömberg, sed finis hexametri est; attamen 'ope' recte se habere videtur hiatu concesso: 'vicína òpe fértur' clausula $A^2$ efficitur. — c. 14.4 'quasi ille ('ille quasi' edd.) maiestatis tunc comes et socius'; quis sit, nescimus; quam ob causam Baehr. '. . . et socius deus'; ferri quidem potest (claus. I) nec tamen eam coniecturam inferre ausim; multo tradita lectio praestat ($A^3$ cl.); quendam igitur hominem nobis ignotum significari verisimile fit. —

Clausulae Pan. IX:

| A | $A^1$ | $A^2$ | $A^3$ | $A^{1,2}$ | $A^{1,3}$ | $A^{2,3}$ | B | $B^1$ | $B^2$ | $B^3$ | C | $C^1$ | $C^2$ | D | $D^1$ | $D^2$ | E | $E^1$ | F | G | I | a |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 115 | 17 | 37 | 38 | 3 | 1 | 1 | 58 | 10 | 4 | 1 | 90 | 2 | 2 | 9 | 3 | 1 | 1 | | 5 | 18 | 14 | 4 |

$E^1$ deest. – ⏑, – ⏑ ∼ numquam, – –, – ⏑ ∼ quinquies, cf. e. g. c. 14.2 'suarum cladium', c. 19.6 'oris dignitas'; quater clausula a – ⏑ ⏑ – ⏑ ∼ occurrit: c. 5.6 'conatus et exitus'; c. 15.2 'illi sua venderet' c. 23.4 'mortibus afferunt'. Adde c. 15.1 'sollicitaverat' sex syllabarum. —

[1]) cf. M Haupt Hermes VIII p. 245 sqq.



Ut apud Plinium hic illic, ita in hoc Pan. –, ⏑ ⏑ – ∼ invenias: c. 8.2: 'oppugnationem prohibebat, c. 17.3 'Romanus dubitaret'. — c. 4.2: 'non superare', c. 9.4 'aperuisses' vocem quinque syll. hexam. finem continentem habes, cf. etiam c. 19.1 'inveheretur'. — c. 15.3 'agmine advolasti', c. 5.6 'obsessio inchoata' aut hiatus admittendus est aut tres trochaei exhibentur. — Clausulae consonant hae: c. 3.7 'ceperat . . . oppleverat'; c. 8.3 'coëgisti . . . cecidisti'; c. 9.3; c. 13.4; c. 16.2; c. 18.2; c. 20.1; c. 21.2. — Haec lucramur: c. 7.5 'te matrum te virginum quaeque . . fruebantur' M; 'te matrum te virginum quae . . fruebantur' (Bert.) Livin. Baehr.; 'te matrum virgiumque quae . . fruebantur' edd. ant.; haec clausula (C) multo praestat, sed c. 4.4 'te' eodem modo repetitur; quid igitur legendum sit, haud ita certo constat. — c. 11.2 'non ad supplicium sed vitam' M (cl. D.); 'ad' post 'sed' intercalare iure proposuit Novák; cui correcturae clausula quoque favet: A exoritur! — c. 20.2 'nobis nota sunt' M; Jäger: 'non' ante 'nota' inseruit, quod Baehr. recepit; praestat Livineio adstipulari et 'nobis ignota sunt' legere (cl. A!). — c. 21.3 'Rheno et Danubioque praetendunt' M; Baehr.: 'et Danubio quippe' quod Novák damnavit p. 12; 'et' saepius in M abundat delendumque est: 'Danubioque praetendunt' genuina lectio est: clausula A! — c. 22.2 'obliterata si desidenas' M, unde 'desideas' Baehr., (mala clausula $D^2$); recte 'de' dittographiam esse statuit Novák: clausula idem confirmat (B). — c. 23.3 'bestiis obici' M; 'bestiis obiciens' Baehr., sed clausula adducimur, ut cum w 'obicit' legamus (B); facile post 'exaggerat' 'et' potest intercidisse. — c. 26.3 'in te bonitas est pietas' M unde edd. ant. 'est et pietas' sed clausula obstat; Jäger: 'est et potestas'; 'potestas' recte se habet cf. sequentia: 'aut potestas cessavit aut bonitas'. Equidem lego: '. . . in te bonitas et potestas est; ideo quae' cet. ('pietas et ideo' M); de 'ideo' asyndeto adiuncto cf. c. 13.4. Orthographia: c. 13.5: 'rettudit' legendum esse docuit Zielinscki l.l.

Clausulae Pan. X:

| A | $A^1$ | $A^2$ | $A^3$ | $A^{1,2}$ | $A^{1,3}$ | $A^{2,3}$ | B | $B^1$ | $B^2$ | C | $C^1$ | $C^2$ | D | $D^1$ | $D^2$ | E | $E^1$ | F | G | I | a |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 219 | 24 | 35 | 44 | 1 | 4 | | 103 | 5 | 4 | 154 | | | 11 | 4 | 3 | 5 | 2 | 13 | 11 | 34 | 2 |

$A^{2,3}$ $C^1$ $C^2$ desunt; – ⏑, – ⏑ ∼ semel tantum occurrit: c. 36.1: 'eorumque fratribus'; – –, – ⏑ ∼ ter habes; – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ∼ ($D^{1,2}$?) bis exhibetur: c. 5.2 'obstructa prius fuerant'; c. 19.2: 'maiestatis

opem fluere'; ⌣ ⌣ – – ⌣ ∾ (G[1]); c. 38.3: 'placida dómi prospera'; – ⌣ ⌣ – ⌣ ∾ (a) bis occurrit: c. 5.1 'contendentibus evenit' c. 8.4 'oratio mea suscitet'; tres trochaeos tunc solum habes, ubi sex syllabae ultimam vocem formant: c. 19.4 'quam necessitate'; c. 35.3: 'sed benignitate'; c. 33.1 et 6 'gratulationi(-nes)'; saepius occurrit vox quinque syllabarum finem hexametri exhibens: c. 5.6 'ingrediuntur'; c. 10.2 'commoditates'; c. 11.5: 'traiciebat'; c. 14.2 'testificati'; c. 18.3 'credulitatem'; c. 25.7 'proripuisset'; addendum est: c. 20.3 'praesumptione futuri' finis hexam.! An male 'fu' syllabam pro longa Nazarius habuit? Qualecumque est, liberius hic illic prioribus Nazarius, ut Pan. IX auctor, in clausulis operatus est. — Clausulae consonant hae: c. 5.1 'adierunt . . . caruerunt'; c. 33.6 'doleret . . . gauderet' bis tantum in tam longa oratione! — Ratio critica c. 2.1 'degit annum' AH; clausula quoque aliquatenus ostendit male X transposuisse. — c. 2.8 'iam vero, cum publicas tantum utilitates amplecti velim et unusquisque privatim suas cogitet, tremebunda proferatur oratio' M; 'voce necesse est' add. Baehr. in fine, quod iam Novák ob metrum damnat, qui eadem vocabula ante 'proferatur' inserit; ego nil muto; enuntiatio secundaria 'cum . . . cogitet' arte cum 'tremebunda' iungenda est. — c. 3.2 'cuius copia tam larga tam felix' M; 'tamque felix' Baehr., quod clausula damnat: anaphora coniunctione recte caret. — c. 3.2 'quae . . . non aut . . . exitu stupeat, aut obterat magnitudinem aut tantum nitoris habeat quantum ex rerum luce collegerit' M; Baehr. secundum 'aut' in 'atque' mutavit, sed 'exitu stupeat' pulcherrima est clausula, qua monente ut 'aut' legamus, praestat cum w 'aut obteratur magnitudine' corrigere, quod pulchre cum 'circumventa numero' componitur. — c. 3.4 'sed non et cura mediocris' M, bona clausula ($A^2$ 'o' enim positione producitur), Eyssenhardt, Baehr.: 'sed et cura non mediocris', praeter necessitatem (cf. Novák ad locum), quod mala clausula quoque reicit (aut hex. finis aut $B^3$ aut $C^2$). — c. 7.1 'tam felix et incruenta victoria' M: pulchra clausula (B); 'victoria fuit' edd. ant.; 'fuit victoria' Baehr., sed coniectura clausulam turbare non ausim; iam Novák animadvertit 'esse' a Nazario saepius omitti cf. e. g. c. 4.2 ('similis' restituit Novák) c. 5.6; c. 14.7; c. 15.7; c. 16.1 et, ut hic, omissio durior est c. 15.5, 30.5; quod cum ita sit, c. 11.2 'an credidit



conserenda manu non inferiorem' M recte habet; Baehr.: '(se) fore' add. in fine, sed rursus forma verbi 'esse' omissa est; clausula supra enumeratis (, – ⌣ ⌣ – ∾) addenda est; c. 23.4 'his disciplina pugnandi est, cum' (M); non 'ut' cum edd. insero, sed 'est' in 'ut' muto; c. 24.1 'quod tutissimum eludere, quos est difficillimum sustinere' M; 'est eludere' edd. minus necessario, praesertim quod 'est' sequitur; c. 34.2 'quae . . . laudatio . . . non tam re exhibita quam disputatione iactata'; pulchra clausula A, quam Baehr. delet 'est iactata' scribens; 'iactata est' w, sed rursus nil addo. — c. 10.4 'temperantia venerit' M; recte Baehr. transposuisse clausula declarat. — c. 11.4 'quis vigilantior ad videndum' M; 'ad vitandum' Baehr. (D); traditae lectioni clausula favet (C). — c. 17.3 'civitatem, quae superatis Alpibus Italiae claustrum obiecit' M; 'obicit' edd.: male clausula G – –, – ⌣ ∾ (aut hiatu concesso F – ⌣, – ⌣ –) adest; 'obiecit' mutaverunt edd., credo, quod 'superatis Alpibus' universe dictum videtur; sed 'a te militibusque' omissum est; cf. c. 24.4: 'qui (sc. equi) reperto sauciandi loco (sc. 'ab hostibus') passim equitem . . . fundebant'; cf. 25.6: 'clausi . . . facta pugnandi causa (sc. obsessoribus), poenas ... pependerunt'; 'obiecit' retineo. — c. 21.2 'vi manu quaereretur' M, quod recte retinet Novák; 'vi manuque quaereretur' Pulmannus Baehr., sed tres nascuntur trochaei; 'vi manu' recte se habet; quod cum ita sit c. 17.3 'vie virtute' (M) in 'vi virtute' muto nec in 'vi et virtute' vel 'vi ac virtute' cum edd. (male Novák 'vie' pro dittographia delet; vocabulum 'vis' Nazarius in deliciis habuit: quinties decies id usurpat); adde quod voci 'vis' per totam Latinitatem non raro per asyndeton aliud vocabulum adiunctum est: cf. Preuss 'de bimembris dissoluti apud scriptores Romanos usu sollemni' Edenkoben 1881 p. 71. 78. 85: 'vi pugnando' 'vi virtute' 'vi violentia'. — c. 28.1 'quod ipsa ratio disponendi exercitus docuit illum' M; 'illa' Schenkl, sed clausulam habes $C^1$, quae non occurrit nec placet 'illa' postposita; 'ilico' Baehr. speciose, sed metro damnatur; recte 'illum' delet Novák sive glossema est, ut putat Novák, sive dittographia: sententia expedita, clausula optima ($A^3$) adest. — c. 29.2 'hoc enim persequi vellem' M; 'persequi qui vellem' Baehr.; quod recipere nil cogit (cf. Novák ad locum) et clausula multo deterior fit (D). — c. 29.5 'quos trabalis hasta deiecit, insultans equus proterit' M; 'tua' post 'hasta' addit Baehr., quod reicit clau-

sula; paulo ante iam Novák coniecturam Schenklii refellit: 'ictibus umbo; securus is' scribentis (finem hexam.!): 'umbo securus. quos' recte scripsit Novák. — c. 30.3 'pro rerum figurandi' M; Baehr. 'pro pondere rerum', sed potius cum edd. ant. 'dignitate' addam, quia hoc vocabulum saepius apud Naz. invenitur, nec tamen post 'rerum' cum iis inserendum esse clamat clausula: 'pro dignitate rerum figurandi' (cl. A) igitur emendo. — c. 33.6 'nec amplius postules quam ut eum sui non poeniteat qui solita non modo id egit' M; 'nunc amplius . . . non poeniteat solii, qui non modo id egit' Baehr. nimis violenter; clausula quoque obstat; post 'solita' igitur subst. supplendum est aut 'diligentia' cum ς aut e. g. 'cura' (G. Meyer). — c. 37.2 'supplicanti' (cf. p. 33) clausula quoque legi iubet. — De orthographia haec dicenda sunt: c. 20.2 'bella lacessiverunt' praefero; 'lacessierunt' AH (cf. p. 32), quod metrum damnat, sed fortasse vox quinque syllabarum tres trochaeos excusat. — c. 21.2 'laboris ororetur' AH; 'oreretur' (cl. $A^2$) legendum est nec cum X 'oriretur' (E quae raro occurrit), quod Novák recepit.

Clausulae Pan. XI:

| A | $A^1$ | $A^2$ | $A^3$ | $A^{1,2}$ | $A^{1,3}$ | $A^{2,3}$ | B | $B^1$ | $B^2$ | C | $C^1$ | $C^2$ | D | $D^1$ | $D^2$ | E | $E^1$ | F | G | I |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 161 | 13 | 33 | 42 | | 3 | | 90 | 7 | 5 | 141 | 1 | 2 | 25 | 2 | 9 | 4 | 1 | 12 | 4 | 20 |

$A^{1,2}$ $A^{2,3}$ desunt; – ⏑: – ⏑ ∾ et – –, – ⏑ ∾ nusquam inveniuntur; tres trochaei: c. 5.1 'omnibus potentiores' (vox quinque syll. in fine); c. 19.1 'consul creatus essem'; c. 19.3 'ante honor petitus sit'; c. 4.5 –, ⏑ ⏑ – ∾ (finem hexam.!) habes: 'titulis peragebant'; c. 32.1 'beneficii' nempe vox quinque syllabarum liberius tractata est; c. 22.1: 'vindemiá triplèx flúxit': 'a' positione producitur. — Clausulae consonant hae: c. 8.1 'potuisti-tetendisti; c. 8.4 'spargentem . . . dividentem . . . obserentem'. c. 13.1; c. 13.3; c. 23.1; c. 23.4; c. 25.1—2. — Ratio critica c. 2.3 'sidus exortus' M, unde 'sidus es ortus' Baehr., quod Novák damnat ob hexam. finem; ferri tamen potest, si 'sidus's ortus' legimus, quod Pan. IX 22.4 concedendum videtur (cf. C. III*b*); praestat tamen cum Livineio 'sidus exortus es' emendare (cl. A). — c. 4.2 'cruciatibus corpora' pulcherrima clausula B nec igitur cum Schenkio 'usta' ante 'corpora' insero (F mala), sed initio coli verbum e. g. 'afficiebantur' (Baehr.) excidit; quod cum pro certo habendum sit, unum iam argumentum habemus pro eo quod verba 'porro . . . obtinebantur' non ante 'Gallorum . . .



serviebat' sunt transponenda, quod vocis 'afficiebantur' in M omissio eo explicatur quod 'obtinebantur' anteiit; secundum argumentum eo nititur, quod eos, qui a latronibus male afficiebantur barbaros desiderare et fortunam ab iis captorum legimus in sequentibus, quod respicit ad 'illa celebrata Galliae nobilitas', quae barbaris non latronibus serviebat! ad 'aliae' facile 'urbes' mente suppleri potest. — c. 15.5 'petitione, quod nemini' M; 'evenit' add. Baehr.; sed fortasse verbum abesse potest (cf. Novák ad locum): optima praebetur clausula B. — c. 21.2 'blandimentis adulantum repugnat' M; hoc loco 'adulantium' (ita edd. ant.) nullo modo legi potest (tres trochaei evadunt!); quod cum ita sit, c. 21.3 pro 'adulantium venenis' M ('adulatuum' Baehr.) 'adulantum' scribo: diversas formas alteram statim post alteram Mamertinum adhibuisse vix credam; cf. porro c. 21.4 'potentum' (male edd. ant. 'potentium'). Non igitur cum Novákio 'adulantum' retineo. — Orthographia hoc ditatur, quod c. 25.5 'serena reffundi' scribendum est cf. Zielinscki l.l. Prosodia: c. 9.4 'scatĕre' non 'scatēre' metiendum est.

Clausulae Pan. XII:

| A | $A^1$ | $A^2$ | $A^3$ | $A^{1,2}$ | $A^{1,3}$ | $A^{2,3}$ | B | $B^1$ | $B^2$ | C | $C^1$ | $C^2$ | D | $D^1$ | $D^2$ | E | $E^1$ | F | G | I |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 318 | 26 | 67 | 104 | | 6 | 1 | 164 | 13 | 8 | 203 | | 13 | 13 | 3 | 9 | 1 | 1 | 24 | 3 | 34 |

Clausulae $A^{1,2}$, $C^1$ desunt; – ⏑, – ⏑ ∾ quater occurrit, bis clausula ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ($C^{1,2}$) exstare videtur: c. 25.2: 'agere miseros, c. 38.3 'inter arma et odia medius'; tres trochaeos habes: c. 10.4 'faciebas ut imperares', c. 16.1 (ubi tamen 'amare nescibat' pro 'nesciebat' M lego) c. 31.4 (an 'gestis gerenda'? facile hae voces inter se transpositae esse possunt); c. 37.3; c. 43.3; c. 45.3; vox quinque syllabarum liberius tractata est: c. 21.3 'consuluisset'; sex syll.: c. 37.1 'impatientius' (a); pessimas clausulas habes c. 28.4: 'fuisse videtur'; c. 34.2 'sanguine suo turbae'; c. 35.2 'pervigil ageret'; c. 1.2 'oratione mea potero'; c. 4.1 'debuerit et ex omnibus', c. 9.7 'patientiae inopia'. — Quae omnia si quis animadvertit, et quam saepe clausulae $C^2$ adhibitae sint (quod non solum longitudini Panegyrici attribui potest) Pacatum, ut Nararium et auctorem Pan. IX, liberius interdum in clausulis adhibendis quam ceteros operatum esse credendum est. — Ratio critica: c. 6.3 'utroque maiora sunt' HX; A 'meliora' quod clausula quoque damnatur (Claus. $A^{1,2}$ in Pan. XII non invenitur), cf. etiam p. 34. — c. 7.6 clausula suadet, ut interpunctionem vulgatam

servemus: 'ut diutius imperares. et sine exempli periculo providebitur ne' cet. ('tamen' ante 'ne' addens, post 'periculo' interpungit Baehr.). — c. 9.4 'et ne contraheres torporis veternum' M; 'corporis veternum' edd. ant.; 'torpore corporis veternum' Baehr., sed tres trochaei sunt; 'torpore' veternum Novák, 'sed tunc duae breves syll. in quas longa soluta est, ad duo verba pertinent, quod raro invenitur; 'torporis veternum' retineo, et pro genitivo inhaerentiae explico, qui in posteriore Latinitate occurrit cf. e. g. Apuleium, Min. Fel. cf. Sittl. Loc. Versch. p. 97, Wölfflin Archiv f. Lat. Lex. VII p. 477; cf. etiam e. g. Historia Apollonii Regis Tyri c. 26 p. 51.3 R: 'torporis quietem'! — c. 15.1 'quam faciles tibi fuissent sequaces discipuli' M; 'sequaces' si cum Barthio delemus, mala clausula $D^1$ ter tantum occurrens oritur, nec est, cur id pro glossemate vocis 'faciles' habeamus, quae omnino non explicatione eget: 'sequacesque discipuli' ($A^3$) igitur cum Cuspiniano legendum est. — c. 20.4 'denique . . . Tarquinium . . . hoc damnavere maledicto et . . . vocaverunt superbum' M; Acidalius: 'ut . . . vocaverint', sed tres oriuntur trochaei. pulcherrima nihilominus Acidalii coniectura valde arridet; lectione tradita servata perplexa constructio totius periodi est; quo 'hoc maledicto' referendum sit, incertum est: ad 'superbia'? hoc fortasse loco tres trochaei aequo animo ferendi sunt, quod ultima vox quattuor syllabarum est. — c. 26.2 'aurum manibus extractum' M ($A^1$); 'inauribus' Livineius, 'crinibus' Acidal., 'auribus' Baehr., quae omnes coniecturae clausula refelluntur: 'manibus' recte se habet; optime S. Brandt (cf. Mus. Rh. XXXVIII (1883) p. 603 sq.) Cic. in Verr. IV 23.52 affert. — c. 26.3 'et ablata aliis ut sibi reddit' M, unde Baehrens 'alii subinde reddit' sed metrum obstat; 'et ablata aliis sibi reddit' legendum videtur cum Burkh. Act. Sem. Erl. III (1884) p. 187. — c. 29.3 'damnatorum frena tractassent' M; 'frena' pro 'vincula' positum est in quo offensus Livin. (Strömberg) 'funera', sed clausula E semel (atque ita ut vox quinque syll. in fine exstet) occurrit; deinde si 'funera' legimus pro 'damnatorum' 'occisorum' vel tale quid exspectamus: 'frena' igitur non est sollicitandum. — c. 34.2 'sermo iste prolixior quam illa res fuerit' M; 'fuit' edd., sed lectio tradita clausula defenditur; de coniunctivo vide C. IIIc. — c. 40.2 'cui si vocem demus et iudicem' M; Eyssenhardt, Baehr.: '. . . demus et indicem' sed èt clausula obloquitur



èt grammatica solum 'indicem' 'et' deleto postulans; sed ne 'demus indicem' quidem clausula patitur legi nec loci sententia: cf. in proximis: 'vindicabit', 'utriusque partis asserta'. — c. 42.2 'percussit et tenuit' M, si quid mutandum est — valde enim dubito — 'perculsit' cum Livineio legendum esse praeter rationem palaeogr. clausula docet; male: 'perculit' Scheffer. — c. 45.2 'plantis nudus appareat' M (cl. $A^3$); minime cum Bert. 'nudis' scribendum est: mala est clausula $D^2$! — c. 45.5 idem dicendumst de 'quos . . . moriturus incluserat' (sc. Maximus) M (cl. B), ubi Baehrens 'morituros' proposuit: G ter tantum in Pan. XII occurrit, cf. etiam c. 42.2, ubi eodem modo de Maximo 'moriturus' usurpatur.

Häec multa in Pan. nostris clausulae ad textum potissimum coniecturis omnium aetatum purgandum, interdum ad corrigendum afferunt. Nec non codicum A et H consensus auctoritatem maxime stabiliunt. Codicem M iusto magis pro corrupto habitum esse ex ipsa disputatione apparet. — Haud paucos praeoccupato animo huic capiti operam daturos persuasum habeo; sicut hodie Francogalli potissimum non sine aliquo irrisu de tota clausularum doctrina loquuntur; sin autem usque ad umbilicum perlegerint et viderint fere semper codice M integro clausulas recte se habere, ubi contra M corruptus est aut coniecturis lectio obscurata, clausulas quoque claudicare, qui fieri potest, ut de ipsa doctrina dubitetur? Adde quod in novem — nono excepto — prioribus Pan. clausularum leges aliquanto severius observatae sunt quam a Nazario et Pacato, qui ab illis Augustodunensibus èt patria èt aetate (maxime Pacatus) distant; denique clausulae causa de consulto hic illic ordinem verborum mutatum esse vidimus, cuius rei exempla facile augeri possunt. — Immo multa ex clausulis lucramur: multis locis, quid esset legendum, statui potuit; de glossematis, de quibus mox plura, certum aliquatenus iudicium iam habemus; novem fortasse priores Panegyrici ex una schola prodierunt Augustodunensi.

## CAPUT III: ANIMADVERSIONES CRITICAE.

### A. DE GLOSSEMATIS.

Ut in fere omnibus auctoribus Latinis, ita in Panegyricis nostris multi Aesculapii multos per annos glossematis statuendis textum sanare conati sunt alius aliud eicientes. Ceteris liberius grassatus est Novák l.l. p. 51 et 52. Quem contra stat Thörnell qui p. 51 sqq. locos quos tractat — non enim de omnibus locis dubiis sermo est — integros servat neque eicit quicquam; immo, ubi coniunctio vel tale quid deest, id addit. Quaestio summi momenti nondum accurate perquisita novo editori non est omittenda. — Imprimis igitur videndum est, utrum revera vestigia glossematum exstent necne: Pan. III 2.2 post 'conditor' M 'vel parens' addit (ut ex mea collatione apparet) partim in textu, partim in margine; nonne id additamentum glossema est? — c. 14.2: 'Iovis omnia esse' M, 'Iovis omnia plena' suggerit Verg. Ecl. III 60; 'esse' eo in textum illapsum est, quod in codice quodam archetypo 'plena inveniebatur: 'esse' mente supplendum esse monuit interpolator. — Pan. VI 9.5 illud posterius 'hauriuntur' pro glossemate habendum esse iam supra clausula indicavit: tres igitur locos habes, qui dubium non relinquunt, quin M interpolatus sit. Quod cum ita sit, iacet opinio Thörnelli, qui — quantum scio — M omnino glossematis liberum esse putat. Nec tamen eius verba prorsus contemnenda sunt, nam magnum numerum locorum affert, e quibus pleonasmorum in Paneg. frequens usus eluceat; quibus allatis recte interdum verba ab aliis exclusa iure postliminii revocavit: Pan. IV 17.3 recte 'perspecto probato' M tuetur, 'perspecto' seclusit Baehrens, 'probato' Novák, quod 'probatus' saepius, 'perspectus' numquam in Pan. occurrit; sed haec res mihi magni momenti videtur, quod minime alterum vocabulum ita frequens est, alterum ita inusitatum, ut alterum altero explicatum esse credendum sit. Saepe deinde Eumenius duo adiectiva synonyma adhibet: cf. c. 3.1: 'aptum et idoneum'; c. 15.4 'salvum et incolume' atque praesertim c. 15.4: ,facultatem sibi probatam et cognitam'; adde quod allitterationem lectio tradita praebet, quae altero adiectivo deleto perit; nec tamen 'probatoque' (Thörn.) scribam, sed 'et probato' cum



edd. ant., quod magis in Eumenii genus dicendi quadrare allata exempla ostendunt. Recte X 17.3 'per obiectas acies per exercitus obvios' defendit (posterius membrum delet Novák); non est cur glossema additum sit; nec alius est pleonasmus atque X 5.8 'quae potissimum capessenda sit via, qui aditus fiat'; c. 6.1 'laudationis ingressum et praedicationis ianuam' Pan. XI 14.2 'ad opulentiam abundantiam' AH, 'abundantiamque' X; 'abundantiam' seclusit Baehr., defendit Thörnell recte; cf. c. 2.2 'aperte et propalam'; 4.5: 'ex favillis et cineribus' c. 8.4 'terrorem bellicum trepidationes fugas formidines obserentem' ubi Baehr. 'formidines' seclusit, sed proxima exempla hunc quoque tuentur locum: c. 10.1 'ballatu hinnitu mugitibus persona', c. 13.3 'laboribus curis vigiliis inquietum', c. 21.1: 'quisquis provincias tribunatus praefecturas consulatus cupit', atque praesertim c. 9.1 'amplam etiam atque opulentam fortunam'. Uterque igitur locus (14.2 et 8.4) sanus est. Altero loco hoc quoque non est spernendum quod 'formidines' sublato allitteratio duplex et de consulto adhibita prorsus interit: terrorem trepidationes fugas formidines' — Pan. XI 19.4 'ab utroque sexu' defendit recte Thörnell, delet Novák, sed ne pleonasmus quidem est: prorsus omitti non potest. — Praeterea duos locos recte purgat Thörnell, quos ego iam in C. II*b* et I*b* tractavi: Pan. XII c. 15.1 'sequacesque discipuli' et c. 28.2: 'quod dedissent dolentes'. — Hactenus recte Thörnell, sed in eo peccavit, quod, postquam pleonasmos in Pan. ostendit, de omnibus eadem ratione locis disputat. Singuli loci per se tractandi sunt: X c. 13.1 'quamvis recondite alte magis gemeres'; 'et alte' Thörnell, sed in re perspicua verba abundant: inusitatum 'recondite' per 'alte' explicatum esse luce clarius est: 'alte' cum Livineio delendum est. — X 32.8 'nec ut primum liberum, continuo defaecatum statim purum est' (sc. gaudium); 'statim purum' ut defendat, cum Strömberg Thörnell c. 16.2 affert: 'cum mens tua mortali contagione secreta, pura omnis, funditus sincera', sed hic vocabula aeque perspicua exhibentur; illic autem illa inusitata revera mediocri captui perspicua exhibentur; 'pura' et 'sincera' synonyma non sunt; 'continuo explicatione egentia; 'pura' et 'sincera' synonyma non sunt; 'continuo defaecatum' et 'statim purum' idem valent: prorsus interpolationem olent olebuntque verba 'statim pura'. — XI 17.2 'sed a teneris annis ab aetate puerili ad hanc usque canitiem' M; 'ab aetate puerili' damnaverunt Faber et Livineius, male retinet Thörnell; primum est cur a

librario inusitatius 'a teneris annis' explicetur; deinde eadem vocabula cum 'ad hanc usque canitiem' concinne connexa sunt: male 'ab aetate puerili' interpositum est, quod concinnitatem ita rumpit ut duobus membris ('a teneris annis, ab aetate puerili') unum adiungatur ('ad hanc usque canitiem'), nisi forte post 'canitiem' 'ad hanc senectutem' supplendum esse putat Thörnell! — XI 24.3: 'at vero noster affectus ... imis mentibus sedibus illigatus animus' cet. M; 'animus' delet Acidalius; 'animae', quod Baehr. dubitanter proposuerat, recepit Thörnell; quod si legimus, 'imis mentis sedibus' ablativus loci est: in mente affectus animae illigatur; sed tum in proximis non exspectamus 'resolutis etiam morte corporibus cum immortali mente victurus', sed pro 'mente' 'anima' scriptum esset; 'animus' ergo glossema est nec in 'animae' mutandum. — Hactenus de Thörnelli ratione; de locis a Novák p. 51 et 52 allatis superest XI 28.5, ubi illum 'serena' male exclusisse iam C. II*b* p. 44 diximus; in eodem capite de dubiis locis explorata clausula verum enucleavit: V 11.4 'Britanni', V 14.4 'videbantur signa', VII 1.2 'nam qui . . . imperium', VII 22.6 'muneribus', VIII 6.5 'stagna'; VIII 10.4 'calore maturat', retineo; IX 26.3 'pietas' in 'postestas' muto. — Quod attinet ad ceteros locos in Pan. II—XII, revera recte glossemata statuerunt viri docti: VIII 7.4 'cum scires [itinerum] regionum nostrarum aditum atque aspectum tam foedum' cet. VIII 12.6 'nam cum praeteritum tempus pro modo suo longum, futurum autem infinitum sit, praesens [tempus] breve et semper in partem utramque mutabile, cum . . . unus hic annus prope sensum non habet difficultatis' edd., sed fortasse praestat prius 'tempus' delere, quod in membris 'cum ... longum' et 'futurum autem infinitum', quae artius inter se cohaerent, concinnitas suadet ut in priore 'tempus' deleamus; de consulto autem post 'praesens' positum est 'tempus', ut a prioribus membris arte coniunctis tertium aliquatenus seiungeretur. — IX 21.5: 'ut omen et similitudo nominis sit et tua, imperator, magnitudo animi pollicetur' M; 'sic' P. Daniel edd., sed praestat cum Livineio 'sit' pro glossemate habere; 'sic' enim si legimus, 'pollicetur' ita nude positum non placet. — XI 3.1 'ut imperatoris fratris mererentur invidiam. quid enim aliud a te consortis [imperatoris] alienavit animum' cet.; posterius 'imperatoris' fortasse recte delet Livineius. — Minus autem recte alii loci sollicitati sunt, qui vix in suspicionem vocari possunt: IV



14.1 'qui hilaro consensu meum Constantini Caesaris ex Italia revertentis suscepere comitatum' M; 'Constantii . . . revertentis' eiecerunt Balduinus aliique, sed cum illa epistula nominibus quattuor imperatorum scripta sit, cum semper pluralis 'nostri', 'cupiamus' 'debemus' cet. occurrat, nonne necesse est, ubi de uno ex iis — ut singularis 'meum' indicat — sermo est, nomen imperatoris addere, ut, quis significetur, intellegat auditor? Ad hoc recte Seeck l.l. August. contra Cresc. III 70.81 (= Epist. 88.4) affert: 'unde volumus eundem Iugentium sub idonea persecutione ad comitatum meum Constantini Augusti mittas'! — VI 2.5: 'id ex omnibus duret aetatibus'; 'ex' delet Novák ut glossema, sed, antequam nusquam in posteriore Latinitate 'ex' ita usurpatum esse persuasum habeo, nil mutare ausim. — VII 16.5: 'multi olim fortasse pravi duces armis impares, largitione certarunt'; in 'fortasse' offensus Baehr. 'multi olim pravi duces certasse armis impares', sed perf. inf. obstat; Götze: 'fortasse non pravi', sed revera illos pravos esse docent proxima; Novák denique 'fortasse pravi' delet, male ut opinor; nam 'fortasse' non ad unum vocabulum referendum est, sed ad totam sententiam pertinet, ut parva historiae fiducia indicetur, cf. Pan. XI c. 8. — X 38.1 'quid igitur his temporibus fortunatius cum beneficio Constantini maximi, qui tam mature nobis Caesares dedit, ut utamur maximis eorum commodis et integra aetas supersit'; pro 'cum' Baehr. 'evenit'; pro glossemate 'cum' habet Novák, sed ego 'cum' pro dittographia subsequentis 'Constantini' habeo atque deleo. — XI 10.1 'desolata moenia ab indigenis solitudinem' M; 'solitudinem' seclusit Baehr., sed interpungendum est: 'desolata moenia, ab indigenis solitudinem' cf. e. g. Cic. Brut. 63, 227: 'erat ab oratoribus quaedam in foro solitudo' (cf. Schenkl W. St. III p. 129). — XI 26.5 'omnes quos privatus in familiaritatem recepit eodem affectu habet . . . omnes bonos habet [1]) in recipiendis amicis optimus index est si aliqui sunt improbi tolerandis familiarium vitiis immutabilis est amicus' M; 'omnes bonos habet' seclusit Baehr. ut glossema, sed ita locum explico: quos privatus recepit, eos omnes bonos habet; inter novos amicos, quos optimo eligit iudicio, si quis est improbus, tolerat eius vitia; leviter igitur ante 'omnes' et 'si aliqui', gravius ante

[1]) Male putat Schenkl l.l. 'omnes bonos amicos habes' M exhibere.

'in recipiendis' interpungendum est; 'omnes' pro 'quos omnes' usurpatum est, ut c. 25.5: 'omnes a te augentur pecunia', ubi minus recte Schenkl l.l. '<qui> omnes' coniecit. — XII 20.5: 'quod si . . . liceret ut ille Romanae libertatis assertor . . . saeculum tuum cerneret studiis virtutis . . . refertum, nullum . . . superbiae . . . exstare vestigium, iam te ipsum qua publice qua privatim videret priscorum duritia ducum . . . viventem'; 'videret' seclusit Baehr., sed recte duo verba adhibita sunt; alterum ('cernere') de iis quae, oculo acrius intento et diutius, mente demum concludere possit ille assertor, alterum ('videre') de iis quae statim animadvertere licet. — De IV 7.3 valde dubito: 'idemque primus novem signa hoc est omnium Camenarum . . . translata . . . consecravit' M; 'hoc est omnium' delet Eyssenhardt et revera glossema sapiunt haec verba, sed ut in proxime antecedentibus 'Musagetem esse id est comitem ducemque Musarum' ita hic fortasse lectio tradita ferri potest (quamquam in posteriore Latinitate 'id est' saepius, ut explicetur quid, minus frequenter 'hoc est' usurpatur); sed tunc 'signa novem hoc est omnium C.' exspectamus: videtur igitur aliquid mutandum esse; aut Eyssenhardtio assentiendum est aut si potius 'omnium' per 'novem' explicatum esse credimus, in codice quodam archetypo
novem hoc est
haec exhibita fuisse putandum est: 'idemque primus signa omnium Camenarum'; sed in rebus dubiis versari periculosum est. — Duo restant loci ubi primus ego — quantum scio — lacunam statui: III 16.4 'etenim ab ipso solis ortu non modo hac citra Maeotis sub extrema septentrionis plaga, qua fervidum caput Danuvius evolvit . . . sed etiam sub ipso lucis occasu, qua . . . montis obvium latus . . . admittit oceanum, ruunt omnes' cet. M; 'hac citra Maeotis' ferri non potest; 'circa Maeotim ac' Livin.; 'citra Maeotim ac' Baehr., alii alia; sed illud 'citra Maeotim' nil valet, quod omnes regiones in proximis enumeratae citra Maeotim positae sunt; 'hac citra Maeotis' ut glossema deleo, quod facile interpolator ex illo versu Enniano qui antecedit potuit inserere; verbis sublatis concinnitas restituitur: 'non modo sub . . . sed etiam sub'. — Alter locus est (vel potius duo alii loci sunt): VIII 2.2: 'nam cum omnes homines coram non indigentes iuvare boni sit principis'; haec falsa esse perspicuum est, nam ii soli iuvandi sunt, qui pauperes sunt; 'coram' praeterea vix quicquam valet hoc loco; 'cura indigentes' lego, quod



simul cum 'cura non indignos' Rittershusium iam proposuisse video; 'non' abundat et non solum hoc loco, sed etiam paulo infra c. 3.2: 'cum finitimae nationes ipsi illi Romanae fraternitati non gloriae invidentes' M pessime; optime Baehrens 'fraternitatis gloriae' emendavit; 'non' rursus abundat; utroque loco habes participium a syllaba 'in' incipiens: stolidus quidam utroque loco 'in' per 'non' explicasse videtur. — In Plinii Panegyrico quattuor exstant loci dubii; de c. 23.5 p. 26 diximus: 'quam similis illi dies qui hunc [diem] genuit'. — c. 13.3 'Levis hic (sc. equus) non subsidium itineris, sed decus et cum subsequebatur' M; 'et cum' = 'equum' ut glossema delet Haupt, cui opinioni sagaci quidem nimis autem audaci non adstipulor. Nec magis placent virorum doctorum coniecturae; ego propono: 'Levis hic non subsidium itineris, sed decus agminis subsequebatur', ita ut duo membra concinna alterum alteri opponatur. — c. 44.7 'nam praemia bonorum malorumque bonos ac malos faciunt' M; Baehrens 'malorumque' seclusit propter inusitatam breviloquentiam et pro 'bonos ac malos' scripsit 'ec malis'; 'bonorum malorumque' delet Kuk., quod ferri non potest; equidem 'bonorum malorumque' retineo propter subsequentia 'turpe honestumque, prout bene aut secus cessit, expetant fugiantve'; breviloquentia inusitata quidem est, non tamen reicienda. Minus porro recte glossema statuitur c. 29.2: 'reclusit (sc. Pompeius) vias, portus patefecit, itinera terris, litoribus mare, litora mari reddidit' M; 'litoribus mare' eicit Suster, 'litora mari' Schnelle; quibus retentis 'itineribus terras, itinera terris' Mommsen; minus omnes recte egerunt; nam viatoribus itinera tantum, nautis autem duas res reddidit: in mari versantibus portum, in ancoris consistentibus mare.

### B. DE VESTIGIIS POSTERIORIS LATINITATIS.

Ut saepius scriptores posteriores auctorem quendam aureae linguae Latinae aetatis imitati sunt, ita Panegyrici nostri optimos auctores atque praesertim Ciceronem exemplum sibi proposuerunt, qui in flosculis orationis adhibendis, in verborum circuitibus apte concinneque collocandis viam sibi monstrarent. Non unus ex omnibus est, qui non Ciceronis aut Vergilii scrinia compilaverit, adeo ut non solum eandem sententiam, sed etiam eadem vocabula

atque Cicero et Vergilius saepius redderet. Qua de re optime egit Schenkl W. St. III p. 129 sqq.; quae repetere supervacaneum esse puto. — Nec tamen obliviscendum est eos aliis temporibus aliisque locis natos numquam ita prorsus ad limam alienam genus dicendi suum polire potuisse, ut non discrepantiae iusto maiores imitationem minus commodam clara voce arguerent. Sermonem communem, quo a teneris annis Panegyrici imbuebantur, tantopere a Ciceronis genere dicendi abhorrentem et scripta aequalium, quae semper iis in manibus versabantur, nonne facile apud eos tantum valuisse concedendum est, ut ex ambobus etiam inviti complura desumerent? Et revera hoc factum esse iam satis apparet ex disputatione Chruzandri, qui permultis exemplis afferendis demonstravit plurimas voces a Panegyricis adhibitas esse, quae aut apud Gellium, Apuleium cet. aut apud ipsos Panegyricos primum occurrerent. Ea tamen non affert, quae et ad textum constituendum et ad novas posterioris Latinatis proprietates in lucem proferendas vel prolatas stabiliendas utilia sunt. — Iam in C. II*b* nonnulla tetigi: II 2.1: 'quicquid vocis habeamus' legendum est clausulae causa, quem usum coniunctivi Chruzander p. 94 quidem commemorat (quamquam hoc exemplum eum fefellit), sed in posteriore potissimum Latinitate hunc usum crebrescere non monet, cf. e. g. Dräger H. S. II p. 498, Bonnet 'le Latin de Grégoire de Tours' p. 683. Quod cum ita sit, VII 12.3: 'quicquid fuerit pecoris, raptum aut trucidatum est' (ita M) non sollicito ('fuit' dett. edd.). — XII 9.4 'torporis veternum' gen. inhaerentiae est. — IV 15.5 'moverer adducerer' dubitans proposui. — VII 8.5 'continata'; XII 36.1 'continari' legendum est cf. C. I*b* p. 22. — Sed iam de ceteris locis disputandum est. De adiectivis, pronominibus, coniunctionibus, adverbiis cet. haec sunt animadvertenda: Pan. V 8.4: 'nec quae plura inerant perfugia silvarum' cet. M, 'plurima' Jaeger et Baehrens, sed in posteriore Latinitate saepissime 'p l u r e s' idem valet atque 'complures' cf. e. g. Jul. Val. p. 170.7, 199.26 Kübl.; Amm. Marc. 17.4.6, 17.13.29, 19.2.8; Origo G. Rom. 9.4, Aurel. Vict. Caes. p. 3.18, 6.1, 8,4, 11.12 Pich. cet.

V 15.1 legimus 'nec fefellit opinio vestrae felicitatis, siquidem, ut ex ipsorum relatione comperimus, ad tempus ipsum tantae se dorso maris nebulae miscuerunt' M; 'ad <id> tempus ipsum' Baehr. —



VII 7.5: 'cum ad tempus ipsum, quo pater in Britanniam transfretabat' cet. — X 36.5 '... alacritati eius ('alacritatibus' M) nihil asperum, qui ipsam quam a suis petebat tam laboriosam instituerit voluntatem'; 'ipse' Puteanus, 'ipse eam' Baehr. — XI 9.1 'ipso enim tempore levati equorum pretiis' cet. M; Baehr.: 'illo ipso enim tempore'; Novák: quaeritur an recte emendatum sit; in eam seriem exemplorum hi loci inserendi sunt, quae 'i p s e' pro 'i d e m' in posteriore Latinitate usurpari ostendunt cf. H. Rönsch Comm. Phil. p. 101 (Ital. und Vulg. p. 424); Sittl. Loc. Versch. p. 115, (qui, praeter Min. Fel. 11(4?).7, exempla ex Tert., Arnob., August., Optato, Cereali, ex Gallicis autoribus quinti saeculi affert), Bonnet l.l. p. 301; sed praeterea alii permulti numero addendi sunt: Min. Fel. 1.4, 9.3, 27.4, 30.4.5; Aetheriae Peregr. 2.2, 4.5, 5.10, 7.3; Lucifer p. 18.9, 329.28 Hartel, cet. adnotavi, cf. etiam Meader 'The Latin Pronouns' p. 165: iam apud Suetonium usus occurrit. Valde igitur mihi dubium fit an non recte Sittl usum eo explicet, quod notio 'der Identität' linguae Punicae defuerit: non solum enim Africanae Latinitatis haec proprietas est; rursus habemus argumentum, quod èt Krolli (Mus. Rhen. 1897 p. 569 sqq.) èt Nordeni (Ant. Kunstpr. II p. 588), qui 'das Africanische Latein' maximam partem reiciunt, sententiam confirmat.

III 10.5: 'concursare inter se agricolae, nuntiare totis visa'; Baehr. 'remotis' ex antecedentibus huc inserit; sed 'toti' pro 'omnes' in posteriore Latinitate persaepe occurrit (cf. e. g. Rönsch It. u. Vulg. p. 338, Bonnet l.l. p. 276; Draeger H. S. I 104; iam apud Caes. B. c. 3.44!). Locum iam recte defendit Novák.

Pan. VII 11.3 'sciunt posse Franci transire Rhenum' M; 'posse se' Livineius, edd.; sed 'se' praesertim in posteriore Latinitate saepius omittitur cf. e. g. Tert. Car. Chr. 21 ex., Amm. Marc. 15.5.8, 16.5.12, 16.12.70, cet., Arnob. p. 8.14 (ubi male 'se' addit Reifferscheid), p. 87, 13; Origo G. R. 6.3, (Lact.) de mort. pers. p. 207, 12, 17; 223.8 Br. — Eodem modo 'se' omittitur Pan. X 11.2: 'an credidit conserenda manu non inferiorem?'.

IX 12.1 'cuius enim potentiae fuit hostibus arma deripere, eius humanitatis deditos ad impunitatem sui alligare atque ita vincire ut' cet. M; 'suis armis alligare' edd. ant., 'suis ensibus alligare' Baehr.; sed 'sui' pro 'suam' positum est. Iam apud Ciceronem (in

Epistulis) et Plinium raro 'mei, tui, sui' cet. pro pron. poss. adhibentur; in posteriore Latinitate hic usus multo frequentior fit: in Panegyricis haec habes exempla: II 9.3, 13.4; III 2.1; VI 10.3; VII 6.2, 13.5; nil igitur muto; cf. etiam Wölfflin Archiv f. Lat. Lex. VI 7; apud Florum quoque hic usus iam occurrit.

XI 8.4 'non per cuiuscemodi agros frumenta spargentem' M; 'cuiusquemodi' Eyssenhardt, Baehrens; 'eiuscemodi' edd. ant.; XII 9.3: 'et credo . . . te . . . cuiuscemodi semper opere insidiantis otii tersisse rubiginem'; 'cuiusquemodi' Livineius, Baehrens; 'eiusmodi' alii; iam Strömberg in lexicis dicit 'cuiuscemodi' se invenisse; rursus vestigium posterioris Latinatis extat: conferendus est v. d. Vliet Archiv f. Lat. Lex. X p. 386; cf. Apul. Met. 8.17; 9.2; 10.13; 11.7; 11.22; cf. etiam Neue Wag. $II^3$ p. 453.

IX 26.6 'illa tamen erit vere beata posteritas ut, cum liberos tuos gubernaculis orbis admoveris, tu sis omnium maximus imperator' M; pro 'ut' 'si' Jäger, 'cui' Baehr.; sed in illa praeclara dissertatione 'Beiträge zur Kenntnis der späteren Latinität' (Upsala 1907) ostendit E. Löfstedt 'ut' temporale hic illic in post. Latinitate cum coniunctivo imperf. (praes., perf.) coniungi [1]); hunc quoque locum laudat, cui duo alii addendi sunt: IV 16.4 'videor enim mihi, id quod sacris litteris continetur, ut salvo honoris mei privilegio doceam, hoc manifestius atque illustrius retenturus, ut me dignum talibus aeternorum principum iudiciis probem amore rei publicae'; pro 'ut' 'si' Livin.; multa transponit Baehrens, sed rursus 'ut' temporale habemus. — X 38.6: 'unum modo est quo fieri potest Roma felicior, maximum quidem sed tamen solum, ut Constantinum conservatorem suum ut beatissimos Caesares videat' cet., ubi editores nil mutant.

VI 15.4: 'enim cur vel recordemur adversa' cet. M; 'cur enim' dett. edd. — IX 20.4: '. . . . Sulla felix si se parcius vindicasset; enim multis capitibus rostra complevit' M; 'sed enim' (vel 'enimvero') edd. — IX $22^1/_5$: 'sed inopinato consilio usus abeundi enim simulato nuntio maioris . . . . tumultus' cet.; 'sed inopinato consilio usus; abeundo(i) enim simulato nuntio' edd. ant.; 'sed enim . . . abeundi, simulato nuntio' cet. Baehr.; sed hisce tribus locis 'enim' ut saepe

[1]) Quamquam cum Hey (Göttinger gel. Anz. 1909 (Apr.) p. 225) 'ut' temporale non admitto in priscam Latinitatem: unico loco Ter. Hec. 379 'exieram' scribendum videtur.



in Latinitate posteriore primo loco positum est; exempla iam apud Apuleium haud rara sunt: Met. 4.8; 4.22; Apol. 18, 42, 98, 99; Flor. 34, 38, 90. — Secundo loco (ubi quidem facile 'sed' potest intercidisse) 'enim' et per 'nam' et per 'enimvero' explicare licet; hoc si quis postulat, refero ad Rönsch Coll. Phil. p. 187 et Hey Archiv f. Lat. Lex. XIV p. 270, qui recte disserit 'enim' pro 'enimvero' iam ab Apuleio usurpari (Met. 4.8; 4.22) nec minus a Iulio Valerio, qui hoc 'enim' primo semper loco scripsit. — Tertium locum sic emendo (partim cum Jaegero): 'sed inopinato consilio usus es abeundi (propter clausulam usus 's abeundi' legendum est, quod facile ferri potest); enim simulato nuntio' cet.

VIII 3.3: 'Caesaremque cis Rhenum primus induxit (sc. princeps Aeduus); semita enim Galliae usque ad id temporis Transalpina Gallia nominabatur; sed enim Aedui totum istud . . . Romano imperio tradiderunt'; in 'sed enim' offensus Livineius 'sed tum' Baehrens 'deinde' scripsit, praesertim in post. Latinitate 'sed enim' idem fere valet atque 'sed', cf. Pan. IX 8.1, Apul. Apol. c. 25, 31, 33, 56, 77, 81, 85, Flor. 16, 18, cf. etiam Phil. S. B. IX p. 575.

XII 30.4 legimus: 'alioquin quando tantam concepisset audaciam, ut ruere in ferrum . . . auderet'. — XII 42.1: 'et tamen quando ille secum ferro transigendum putabat? non potius ignem . . . . timebat?'; altero loco Baehr., altero Livineius aliique ,quomodo' scripserunt; sed 'quando' pro 'quo modo' iisdem temporibus apud grammaticum Donatum occurrit, cf. ad Aen. II 590: 'quando enim alicui crederem, nisi eadem se meis obtutibus sine fraude obtulisset'?; cf. ad Aen: VI 890: 'quando enim tantum camporum vel tantam multitudinem animarum sermone posset includere'; ad Aen. VII 235 'gentes enim plures, plurimi populi, quos nulla quaerendorum auxiliorum necessitas cogeret, quando poterant aliorum adminiculum quaerere nisi quia muniri fortiore manu et meliorum causa ornari cupiebant?'

Pan. IV 19.1 'liberalitate, quam fovendis honorandisve litterarum studiis impartiunt' M; edd. ant.: 'honorandisque'; sed 've' idem valet atque 'que' in post. Latinitate, cf. e. g. Amm. Marc. 14.9.1 15.7.6, Jul. Val. 3.23 cet., Leo Index Fortunati s. v.; cf. etiam vel = et, qua de re cf. Rönsch Ital. p. 345 sem. Beitr. II p. 95, Koffmane Geschichte des Kirchenlateins I p. 134, Bonnet l.l. p. 315.

IX 8.1 'sed enim aerumnosa illa etiam pridie media aetate nostra civili sanguine maculata Verona' AH, X mutavit 'pridem'. — X 30.2 'perstringi haec satis est quod etiam pridie prolixius mihi dicta sunt'; non de die hesterno sermonem esse totus docet Panegyricus (cf. c. 3); 'pridem' Acidalius; edd. haesitant, sed 'pridie' in posteriore Latinitate pro 'pridem' interdum usurpatur; lexica quidem unum tantum nec integrum afferunt exemplum: Dig. 40.5.10 i.f.: 'qui pridie quam ex testamento ad libertatem veniret, idem passus est'; 'pridie' = 'pridem' apud Sulpicium Severum cf. D. 1.16.3: 'huic ibici propius adstanti fasciculum herbarum quem collectum pridie attingere non audebat, obiecit'; 'pridie' non valet idem atque 'uno die ante', nam herbas et 'omnia penitus quae sunt edenda formidans septimum diem spiritu deficiente ducebat', ut legimus paulo ante. — D. II (III) 11.4 'et iam pridie ('pridem' dett.!) imperator ex eorum sententia decreverat' cet. — D. III 15.2 'Brictis furibundus irrupit: ibi plenus insaniae evomuit in Martinum mille convicia. obiurgatus enim pridie ab eo fuerat'.

Pan. V 13.2: 'nam primo omnium ... provisum est' M edd., Novák: 'primum'. X 19.2 'tunc primo missi, sed tunc demum intellecti esse'; 'primum' edd; nec tamen quicquam muto; nam alia exempla extant: cf. Amm. Marc. 17.13.31; 14.10.14. cf. porro e. g. Caelium Aurelianum Acut. 1.1.95: 'primo ... tunc ... ultimo'; 1.17.173: 'primo ... secundo ... tertio'.

Pan. VIII 7.3 'cum parvarum frugum nobis difficilior sit evectio quam ceteris plurimarum'; edd. ant.: 'paucarum frugum', ut sententia flagitat, sed de 'parvus' = 'paucus' cf. e. g. Aetheriae Peregr. 49.2, Bonnet l.l. p. 276.

Pan. III 9.3 'illa quae tunc aliis florent inaccessibilia' AH; pro 'forent' (X) Rühl et Baehrens 'fuerunt'; sed 'forent' pro 'essent', ut raro in aurea aetate, ita saepissime in post. Latinitate invenitur cf. Rönsch Coll. Phil. p. 57, Jul. Val. 3.23, 3.24, 3.32, 3.42, 3.54, cet.; cf. etiam part. fut. + 'fore' pro 'esse' apud Jul. Val. passim, part. perf. pass. + fore e. g. in libello de Constantino magno eiusque matre Helena c. 6 inveni; de coniunctivo post relativum vide infra.

Syntactica. — Ablativus separativus in Latinitate posteriore multo saepius quam antea (quamquam exempla numquam desunt) sine praepositione adhibetur cf. Dräger H. S. I p. 459, Lagergreen



l.l. p. 159 (inde a Plinio hic usus magis magisque percrebrescit): idem in Panegyricis iam animadverterunt Chruzander p. 85 (affert Pan. III 10.4; V 19.1), Novák ad Pan. V 1.4 (affert V 19.1, VIII 10.2, IX 15.1 cet.; p. 17: VII 9.5; XI 25.1 cet.) recte locum ita emendat: 'sed cum et me illo vetere curriculo ... ratio demoverit'; idem p. 17 'ut iam infantulo indoles futuri roboris emineret' (X 16.6) defendit: ('in infantulo' Acidalius edd.); addendi sunt duo loci: III 10.3 '... matres Italae pense manibus abiecerunt' M; 'pensa e manibus' edd., sed potius 'pense' assimilatione antecedentis 'Italae' exortum credam et 'pensa manibus' scribam, cf. III 10.4: ablativus separativus sine praepositione; X 16.2 'etenim cum mens tua mortali contagione secreta' M; 'tua a mortali' cet. Baehr., sed 'a', ut demonstravimus, abundat.

De praepositone in. — Pan. IX 3.3 'id quod nos fugit in amore trepidantes' M; 'tui amore trepidantes w edd.; 'in' recte se habere iam suspicatus est Thörnell; in lingua posteriore praep. 'in' multo liberius (ut universe praepositiones) tractatam esse nos docent e. g. Rönsch It. und Vulg. p. 396, Bonnet l.l. p. 617: cf. e. g. iam Florus III 4.2 'bibere in ossibus capitum'; persaepe 'in' cum abl. pro abl. instr. invenitur; e. g. in 'de mortibus persec.', cuius auctor aureae aetatis Latinitatem feliciter imitatur, legimus p. 218.12 Br. 'in beneficiis petebantur'. Praeter IX 3.3 'in' liberius in Pan. adhibitum est hisce locis: IV 11.2 'salarium me liberalissimi principes ex huius rei publicae viribus in sescenis milibus nummum accipere iusserunt'. (cf. c. 15.5). — X 18.1 'immanitas barbariae in ipsis vocabulis adhibet horrorem'; c. 32.5 'anteacti terroris testificatio in praesenti exultatione luceret' (ubi male edd. 'eluceret', de 'lucere' = 'apparere' in post. Lat. cf. Arch. f. Lat. Lex. III 25). — XI 6.2 'itaque cum in ipso molimine oppressunt Alamanniam rebellantem' ('molimen' enim de aggressu Iuliani non de Alamannis dictum puto). Quod cum ita sit, non dubito IX 3.3 'in' restituere. Accedunt duo loci: VII 23.1 'ut hanc meam qualemcumque vocem ... in tuis auribus consecrarem' M; 'in' delent edd., sed 'in tuis auribus' instrumentalis est; de 'consecrare' ita usurpato cf. XII 20.2: 'ille osculo consecratus est'. — XII 36.3 'et terram in osculis premens calcanda vestigiis tuis corpora et arma proiecit'. Rursus instrumentalem, cui 'in' additum est, habes. Apud alios quoque scrip-

tores exempla in manuscriptis latent, sed haec omnia tractare non est huius loci.

VII 6.4 'insulam . . . pedestri agmine ausa transmittere' sc. multitudo; 'in insulam' Thörnell speciose nec tamen recte, nam iam apud Curtium 9.9.8: 'aliam insulam evecti' (cf. etiam 9.9.4) et Tacitum hic usus occurrit, ut eiusmodi accusativo praepositio non addatur, cf. Dräger H. S. I 364; sed apud posteros potissimum exempla non rara sunt; cf. G. Landgraf: 'die Acc. von Richtung' Archiv. f. Lat. Lex. X p. 391—412, cf. p. 398: Überhaupt erlebt der Acc. des Zieles bei diesen beiden letzteren (Apuleius und Ammianus!) eine Art Nachblüte, cf. etiam Bonnet l.l. p. 535; 'insulam' igitur retineo. Eandem ob causam Pan. VI 14.4 'imperii tui possessionem induxerit' recte se habet nec cum Bert. 'in imperii' legendum est.

Dativum Graecum habes XII 6.5: 'qui gentibus adoratur'; 'a gentibus' edd. ant., sed dat. Graecus licentia est posterioris Latinitatis (a poëtis semper hic illic usurpatur) cf. e. g. Lagergreen p. 153, Rönsch It. und Vulg. p. 58, Bonnet l.l. p. 547. Sequitur ut Pan X 31.3: 'luxuries . . . constricta nexui ferreo tenebantur' legendum sit nec cum edd. 'nexu'.

De interrogatione obliqua: Pan. III 15.3 'revera ... scimus omnes, ... quanta frugum inopia ... fuit' M. — X 5.4 'intellegimus quae desideranda in prioribus fuerunt'. — c. 25.5 'quam faciles lapsus infirmitas habet ... perspectum est' M. Coniunctivum restituunt editores: primo loco fortasse recte (ꞩ = 'er' saepissime excidit); praeterquam quod semper eiusmodi locis recte coniunctivus positus est (cf. e. g. c. 3.1, c. 12.3), saepe sine ulla necessitate coni. legitur in P. III: c. 5.5 'omnia quae summa sint', c. 9.3 'illae quae tunc aliis forent (nec 'fuerunt' legendum est) inaccessibilia'. — Tertio loco nil mutem: de indicativo in eiusmodi enuntiatis secundariis adhibito cf. Dräger H. S. p. 459, (qui perpauca affert), Sittl Loc. Versch. p. 134: 'Hundert Belegstellen'! in scriptoribus Africis; cf. Rönsch It. und Vulg. p. 428 Ven. Fortun. (Leo) Index p. 404, cf. Min. Fel. p. 18.9, 36.5 Boe. cet.: 'habet' igitur retineo (hoc quoque accedit quod enuntiatio relativa antecedit primariam); c. 5.4 'fuerunt' potius corrigam, quod idem vitium in mss. perfrequens est et paulo post coniunctivus positus est: 'quae potissimum capessenda sit via, qui aditus fiat, incertum est'.



Huius est loci monere — ut iam exempla laudata (III 5.5, III 9.3) ostendunt — in Panegyricis saepius post pronomen relativum coniunctivum adhiberi, quod posterioris Latinitatis proprium est, cf. Hartelium Archiv III 53, Bonnet l.l. p. 688, cf. e. g. Jul. Val. 3.49, 3.51, 3.52 i.f., Dares c. 6, c. 15; Arnob. 1.59 cet. Quod cum ita sit, Pan. X 14 7 'et cuius munera in alios influere iam possint, in eum ipsum tua munera redundarunt' non est sollicitandum cum edd. (neque consecutio temporum obstat). Nec minus Pan. IV 7.2: 'quarum enim artium sive animi affectionum magnis hominibus ingeneratus ardor fuerit' M; 'fuit' ꞩ, edd., sed rursus coniunctivus retinendus est. — Pan. XII 24.2 'sermo iste prolixior est quam illa res fuerit' M; 'fuit' ꞩ edd., sed non solum clausula ($A^3$) lectionem traditam tuetur, verum etiam alia in posteriore Latinitate exempla sunt, ubi post 'quam' comparativum coniunctivus sequitur cf. Bonnet l.l. p. 684, Engelbrecht 'Untersuchungen über die Sprache des Claud. Mamertus' Wien. Sitzungsber. 1886 p. 463.

Addendum est Pan. III 8.3 'quid simile concitus eques' M ('equus' Arntzen, Baehrens) recte Klotzium Archiv. f. Lat. Lex. XIV p. 129 defendere; 'equus' in posteriore Latinitate evanescit, ut iam demonstrat Frg. 'cheval'; qua de re cf. Archiv. f. Lat. Lex. IX p. 275, X p. 186, Bonnet l.l. p. 205. — Pan. IV 4.1 Löfstedt l.l. p. 71, ut aliis locis in posteriore Latinitate, 'libertatis' retinere vult collato 'liber' pro 'liberalis' in inscr.; quaeritur an recte, nam quater 'liberalitas' in Pan. IV exstat! Revera substantivum retinendum est Pan. XII 12.2 'et periculo non minore quam scelere . . . regni nomen emistis' AH; 'regium nomen' X edd., sed universe in posteriore Latinitate pro personis res abstractae usurpantur (cf. Schmalz [2] p. 271), ita 'regnum' pro 'rex' fortasse apud Florum I 10.1 legendum est (cf. J. W. Beck Comm. Wölffl. p. 164), certo in 'die Versio Latina des Barnabasbriefes', c. 4.4 ed. Heer (cf. p. XVI). Nostro igitur loco pro 'regium' recte AH 'regni' tradidit. Eandem ob causam Pan. VI 1.1 'Caesari additum nomen imperii' retinendum est ('imperatoris' Acidalius, alii). — Pan. XII 6.2 'quam longe lateque conspicua commendat imperium' ('imperatorem' Baehrens). — Pan. III 7.5 'non delectari societate rerum nisi pares annos' ('annis' Baehrens, Haupt); cf. denique Pan. VI 13.5 'res publica, quae defenditur coniuncti imperii duabus aetatibus', ubi aeque audacter 'imperii' cum 'aetatibus' coniunctum est nec quisquam lectionem

XV 284

traditam sollicitat. — Pan. XI 10.1 'desiliet e nubibus et viciniam caeli cupide derelinquet' M; edd. ant. 'relinquet' speciose, sed primum tunc perit allitteratio 'desiliet . . . derelinquet' et praeterea 'derelinquere', quod apud Ciceronem et alios 'omnino relinquere' significat, in posteriore Latinitate persaepe pro 'relinquere' usurpatur cf. e. g. Jul. Val. p. 16.2; 22.5; 43.6; 81.16; 95.17; 101.24; 153.3; 157.21; cet. De verbis duabus compositis praepositionibus a posterioribus adamatis, cf. e. g. Dräger H. S. I 117. Haec ad textum purgandum lucramur. Omnia reliqua vestigia post. Lat., quae latent neque ab editoribus sollicitata sunt, enumerare non est huius loci; e. g. duas res profero: 'iste' = 'hic' (cf. e. g. Dräger H. S. I p. 71, Meader l.l. p. 116); in Pan. IV cf. c. 9.1 'istius urbis' c. 9.3 'opus istud' cet. — 'tantis' pro 'tot' (cf. e. g. Dräger H. S. I p. 87) habes XII 18.1.

Quod attinet ad orthographiam, hoc lucramur: Pan. II 2.5 'inaugurarint', Pan. X 2.2 'auguriamur', legimus, ubi w et edd. formam usitatam restituerunt. Sed de forma 'auguriari' (sine dubio ab 'augurium' originem ducente) cf. Thes. Ling. Lat. II p. 1376, 27; Ital. 4 reg. 21.6, Isid. orig. 8.9.22, Gloss. II 569.16, V 169.34. Forma igitur in posteriore tantum Latinitate invenitur.

### C. DE NONNULLIS LOCIS CORRUPTIS.

Iam occasione data hic illic locis sauciis medelas varias adhibui. Restant alii loci: Pan. I 23.1 'gratum (sc. erat cunctis) quod tantum ultro clientibus salutatis quasdam familiaritatis notas adderes' M, unde Lipsius (edd.) 'tantum non ultro' cet., sed cur id, quod non totum fecerit Traianus, inter grata enumeretur, non video; 'tantum tum non' Livineius; 'tanto tumultu' Kuk. minus feliciter; ego 'tot' pro 'tantum' propono; 'tantum', antecedente 'gratum', dittographia quadam exortum esse opinor.

I 32.2 'et caelo quidem numquam benignitas tanta, ut omnes simul terras uberet foveatque' M, 'ubertet' edd. cum ς. Iam Strömberg 'uberet' recte se habere suspicatur; res copiosius disputanda est. Omnibus enim locis collectis apparet 'ubertare' semel tantum inveniri: Pan. VIII 9.6 (ubi clausula lectionem traditam tuetur), ceteris locis 'uberare' legi, cf. Pallad. III 17.4: 'surculi gemmis pluribus uberati'; XI 8.3 'hoc . . . velut coitu steriles arbores uberantur'; Symmachus Ep. 3.1 'ieiunas aures meas . . . adfatus largior debuit uberare'. — Ep. 1. 43.2: 'ut amicitiam tuam boni uberent'; Ps. Rufin. in Am. 9.5: 'Ergo et Samariae populus, qui quondam Palaestinae terram quasi uberaturus impleverat'. Sequitur ut 'uberet' non sollicitandum sit.



c. 94.2 'audisti quae malo principe precabamur, exaudi, quae pro dissimillimo optamus' M; 'principi' edd. fere omnes; 'pro malo principe' w, Keil, sed 'principe' recte se habet, ut apparet ex iis quae sequuntur: 'non enim pacem non concordiam . . . oramus' sc. quod faciebamus, dum malus princeps regnabat; de abl. abs. cf. c. 36.1: '. . . locus in quo optimo principe boni malis impares essent'.

Pan. III 6.2: 'nunc enim vere homines intellegunt ac potestas deorum, cum tam impense colantur' M; 'quanta pot. deorum' Eldikius, 'quanta sit potestas d.' Rühl, 'quae vis ac potestas d.' Thörnell, alii alia; praestat fortasse 'quae potestas deorum' ('qu' tantum excidit; 'c' et 'e' saepe confunduntur); si quis 'sit' desideret, illud quoque post 'quae' addat.

V 1.2 'quo in genere orationis quanta esset cura, quantus labor, quam sollicita veneratio, sensi etiam' cet. M; 'venerationem' corruptum esse primus vidit Baehr., qui ipse 'lucubratio' proposuit; 'penetratio' Leo (litt.) usum Augustini laudans; ego: 'pseveratio'.

c. 1.3 'sensi etiam . . ., quamvis enim . . . patris ac patrui tui merita licet dicendo aequare non possem, possem tamen vel censere numerando' M; 'enim' ferri non potest; male Livineius: 'quamvis enim . . . [licet] . . . non possem, poteram tamen'; Baehr.: 'quamvis ibi', sed 'ibi' abundat nec ratione palaeographica commendatur; 'enim' deleo; librarius quis eruditus, cui frequens sententiae initium 'quamvis enim' in mente haerebat, hoc loco gravi errore idem scripsisse suspicor; 'vel censere numerando' M; 'recensere numerando' C Bert. edd. minus recte; 'vel' enim pro 'saltem' Paneg. nostri proprium est cf. c. 3.2 'nimios tamen in diversa discursus vel revisenda poscebat' (sc. orbis); c. 15.1 'ut inimica classis . . . ignorantibus omnino hostibus praeteriretur, ne vel moraretur impetum, quamvis non posset obsistere'; 'vel pcensere' scribo vel, si mavis, 'vel recensere'; 're' excidit: c. 3.1 'luce' <re>serata; X 25.3 ubi 'Verona <re>-ferta' cum w lego.

V 13.4 ‘tu vero, invicte Caesar’ M edd., sed toto hoc Panegyrico ‘Caesar invicte’, nusquam ‘invicte Caesar’ legimus cf. c. 1.1; c. 2.2; c. 5.4; c. 7.3; c. 9.6; c. 14.3; c. 15.5; c. 17.1; c. 17.3; c. 21.1; c. 21.3; atque praesertim c. 17.3 ‘tu vero, Caesar invicte’; ‘Caesar invicte’ igitur lego.

VII 15.5 ‘sed et ille multiiugo fultus imperio et vestro laetus tegitur umbraculo, . . . et glorias vestras iuste sibi vindicat’ M; miror adhuc neminem illud primum ‘et’ longe relegasse: mala est dittographia.

c. 4.4 ‘ob haec igitur merita (i. e. quae paulo ante Aedui praestiterunt) et prisca’ M, quod male Thörnell retinet, ‘merita <et recentia> et prisca’ Novák audacius; propono: ‘ob haec igitur merita et <illa> prisca (illa i.e. quae aliquanto antea enumeravi); ‘haec’ et ‘illa’ inter se opponuntur c. 13.2 ‘illa enim quinto <anno> incipiente suscepta . . . nobis haec propria quae plena sunt’.

c. 12.6 ‘unus hic annus prope sensum non habet difficultatis duorum temporum indulgentiis coartatus et quasi terminus quidam positus felicitati et utrumque confinii’ M; ‘utriusque confinii’ Livineius, ‘utriusque confinis’ Jaeger, ‘in utrumque confini’ Baehrens; nulla e multis coniecturis placet; sine dubio ‘felicitati utriusque confini’ legendum est: ‘utriusque’ ad ‘duorum temporum’ respicit.

IX 2.2: ‘transacto enim mutu hominis et offensione revocati utar libertate erga te nostri amoris, quem tunc inter metus et reipublicae vota suspendimus’ M; primum monendum est ut ‘motu hominis’ cum Baehr. legamus (‘nutu ominis’ edd. ant., Boissier, ς cum BCV propter § 4: ‘contra haruspicum monita’), cf. VII 14.1: ‘averterunt in se novi motus eius hominis, quem’; quae verba ut hic de Maxentio, ita illic de Maximiano usurpata non sine aliqua inter se necessitudine sunt; sequentia quoque corrupta sunt: ‘offensione revocati’ male edd. ant., id cum antecedentibus coniungentes; ‘vacanti utar libertate’ Baehr.; ego ‘revocata utar libertate’; antea enim amor noster in metu et votis versabatur, nunc autem libertatem, quam is amor parit, ad te reprehendum revocamus, quae republica periclitante silebat; verba ‘erga te nostri amoris’ suadent, ut supra (c. 1.4) ‘cur ego in me de tuo amore diffidam’ (‘de tuo in me amore’ Baehr.) retineamus (quamquam praepositio addita constructionem contortiorem reddit).



IX 3.2 ‘an ostentare voluisti diligentiam tuam . . . aut etiam iactanter et gloriose probare’ cet. M; ‘an’ ς edd. pro ‘aut’; minus recte, nam idem occurrit VI 9.4 ‘an . . . aut’, XII 13.3 ‘an . . . aut’, ubi iam Burkhard (Act. Sem. Erl. p. 183 sq.), qui Sall. Iug. 14.17 affert, lectionem traditam defendit; hic locus eum fugit.

IX 3.4 ‘duxerat magnum Severus exercitum et hostem suum perfidia desertus armaverat. maiores postea copias Maximinianus admoverat: et ipse transfugis circumcisus videbatur prospere refugisse’ M; Baehrens primus locum corruptum esse vidit: ‘at hostem . . . at et ipse’ scripsit; ‘at hostem . . . at ipse’ Novák; sed ‘et’ ante ‘ipse’ desiderari non potest; ego prius ‘et’ deleo sive error sive glossema est; lego: ‘duxerat . . . exercitum: hostem . . . armaverat, maiores . . . admoverat: et ipse . . . refugisse’; male ‘et . . . et’ Thörnell per ‘sed . . . etiam’ explicat.

c. 4.4 ‘illum denique spoliatorum templorum, trucidati senatus, plebis Romanae fame necatae piacula (sc. sequebantur), te abolitarum calumniarum, te prohibitarum delationum, te conservatio atque homicidarum sanguinis gratulatio’ M; ‘te P. R. conservati’ Acidalius, quod ‘plebi R. fam. nec. p.’ opponeretur, sed alterum membrum non alteri opponitur, sed posteriora inter se omnia cohaerent et pariter de iudiciis depravatis agunt; eandem ob causam Arntzenii coniectura ‘conservati orbis’ ab hoc loco alienum est; propono: ‘te reorum (reoꝝ) conservationis’, quod pulchre cum ‘homicidarum sanguinis’ coniungitur et simul opponitur.

c. 6.3 ‘nec vero temere ac passim vagis hostibus . . . sed acie in cunei modum structa, descendentibus retro in altitudinem lateribus, quae si cum prima avide confligeret, reflexa impeditos certamine circumire<n>t M; ‘quae scilicet (ita Bert.!), cum prima avide confligeret’ Liv. Bert., sed tunc ad utram partem ‘prima’ referendum sit, incertum est; ‘quae si cum <tuis acies> prima avide confligeret . . .’ audacter Novák nec recte, quod intentio hostium erat ut, cum Constantinus proelio acerrimo occupatus se circumveniri non sentiret, latera circumirent; sequitur ut legendum sit: ‘quae, si cum prima avide confligeres, reflexa . . . circumirent’ [1]).

[1]) Gaudeo ad eundem exitum Perssonum pervenisse in Comm. Philol. in honorem Joh. Paulsen (1905) in quibus p. 130—133 de nonnullis Panegyricorem locis optime disputat.

c. 6.4 'ipse offirmato illo capite deiectaque acie in fugam versa tanto maiorem in processu stragem edidisti' cet. M; Baehr. vocabulo 'capite' Ruricium significari arbitratus 'obtruncato' scripsit ego cum Baune 'capite' pro 'capite porcino' explico scriboque sic: 'offirmato illo capite deiecto acieque in fugam versa ('deiecto totaque acie in fugam versa' iam Novák).

c. 16.$^5/_6$ 'qui (sc. Maxentius) iam ante biduum palatio emigraverat ... ut tu iam ... succederes. et adeo ipse verum sibi dixerat et' cet. M; 'et adeo' vix ferri potest; cf. praeterea V 16.5 'adeo verum sibi dixerat morte vicina', qui locus sine dubio exemplum fuit: 'et' mala dittographia est.

X 15.3 'illi igitur veteres ... qui refrenandis cupiditatibus restricte contenteque (compteque M) vixerunt, quorum omnis aetas armis conterebatur, quando tantam in proelio divinam opem pro merito integritatis habuerunt? ut, qui longe a virtutibus tuis distant, in proximo saltim iustitiae gradu reponantur' M edd., sed illud 'ut ... reponantur' quomodo cum ceteris cohaereat, non video; 'ut ... reponantur' ante 'quando ... habuerunt' transponendum videtur; tunc haec sententia cum proximis quoque 'Romano quodam in bello ferunt' cet. artissime, ut necesse, coniungitur; facile librarius oculo a 'conterebatur' ad 'reponantur' aberrante primum 'quando ... habuerunt' scripsit, quibus neglegenter omissa addidit.

X 18.4: 'o vere caeca barbaria ... quem (sc. Constantinum) ne sic quidem senseris ... Constantinum esse qui hoc poterat non timere dubitare quisquam potes te per omnia subnixum deo vadere' M; edd. ant. alius aliud; Baehr.: '... Constantinum esse! qui hoc poterat non timere, dubitare quisquam potest eum ... vadere'. miror nemini: '... Constantinum esse! qui hoc poteras non timere, dubitare quisquam potest te per omnia ... vadere' in mentem venisse; 't' pro 's' scriptum est, ut IX 6.3; quicquid proponas, subitus transitus (prius enim barbaria, deinde Constantinus compellatur) semper manebit.

X 25.4: 'sic illius multitudinis portio malo affecta totum exercitum timoris contagium dissiparat' M; 'totum in exercitum' Acidal. edd.; nescio an 'per' praestet.



X 31.3 'scelus domitum, victa perfidia, diffidens sibi audacia et importunitas catenata, furor vinctus et cruenta crudelitas inani terrore frendebant; superbia atque arrogantia debellatae, luxuries coercita et libido constricta nexu ferreo tenebantur' M edd.; excepta crudelitate omnia vitia debellata et vincta finguntur; iam concinnitatis causa idem de crudelitate dictum exspectes. Adde quod 'cruenta' dittographiae facile potest attribui; propono igitur: 'furor vinctus et detenta (an 'retenta'?) crudelitas'.

XI 28.4 'dignatus osculo oris illius divinis affatibus consecrati
divini oris
dexteram dedit' M; 'dignatus osculo et illis divinis affatibus consecrare dexteram dedit' Jaeger; 'dignati nos osculo oris illius divinis afflatibus consecrati' cet. Baehr. speciose, sed propter imitationem XII 20.2 'ille cohonestatus affatu ... ille osculo consecratus' 'affatibus' retinendum est; fortasse corrigendum est: 'dignatus (= 'dignans') osculo oris illius divinis affatibus consecratis (sc. nobis, cf. anteced.: 'qua voce 'ave' inquit 'consul amplissime') dexteram dedit'.

XI 30.3 'qui (sc. purpurati imperatores) ideo tantum honorem in suos, ne inhonores contemnerent, conferebant' M; 'ne inhonoros contemnerent' edd., minus recte; non enim conferebant imperatores in suos honorem ne ipsi contemnerent eos, sed ne populus Romanus; subiectum igitur verbi 'contemnerent' populus Romanus est; 'conferebant' autem ad imperatores spectat; ut nimis contortam constructionem effugiamus, propono: 'ne inhonori contemnerentur, conferebant'.

---

## APPENDIX.

In apparatu critico exhibendo eam viam ingressus sum, ut ubique quid M exhibuerit, perspicuum sit. Ubi autem lectio tradita certa est, sed solus aut A aut H aut X peccavit, nihilominus eum errorem commemoravi, ut indolem unius cuiusque stirpis lector facile cognosceret [1]). Deteriorum correcturae tantum receptae sunt. Malas coniecturas neglecturus eram, sed veritus ne eaedem rursus proponerentur, refutatione brevi interdum addita maioris partis mentionem feci.

---

## PANEGYRICORUM EDITIONES VETERES.

Quod ante Baehrensium omnes editores codicibus, quos fors obtulerat, usi sunt, breviter editiones memorabiles enumerare sufficit.

Editiones omnes Panegyricos aut omnes praeter Plinii continentes hae sunt:

Editio Princeps anni 1513: edd. G. Cuspinianus Viennae, qui ut C. I*a* p. 19 vidimus, codicem quidem deteriorem habebat, ex A autem permulta supplevit.

Editio anni 1520: edd. B. Rhenanus Basiliae.

Ed. anni 1599: edd. J. Livineius Antverpiae.

Ed. anni 1607: edd. C. Rittershusius (cum notis J. Gruteri et Acidalii) Francofurti.

Editio anni 1703: edd. Chr. Cellarius Halae Saxonum.

Ed. anni 1728: edd. J. de la Baune Venetiae.

Ed. anni 1743: edd. L. Patarol Venetiae.

Ed. anni 1779: edd. W. Jäger Altdorfii.

Ed. anni 1790—1795: edd. H. I. Arntzen Traiecti ad Rhenum.

Ed. anni 1838: edd. Valpy Londinii.

Ed. anni 1874: edd. E. Baehrens Lipsiae in aed. B. G. Teubneri.

---

1) Errores sescenties in cod. A occurrentes, e. g. litterarum 'u' et 'n', 'c' et 't' confusio, non memorantur nisi si aliud exortum est vocabulum.



Qui Panegyricos veteres interpretaturus, quid editores antiqui de singulis locis censuerint, scire vult, editionem H. I. Arntzenii consulat, qui — ut mos erat illis temporibus — in editione sua notas et animadversiones editorum antiquiorum maximam partem integram exhibet. — Qui autem codices curat, praeter meam solam editionem E. Baehrensii in manum sumat.

Editiones solius Plinii Panegyrici aut cum litteris eiusdem coniuncti aut separati.

Ex centum et una de quadraginta editionibus paucas afferre sufficit:

Editio anni 1600, 1604: edd. J. Lipsius Antverpiae.

Ed. anni 1738: edd. J. Arntzen Amstelodami.

Ed. anni 1746: edd. Chr. G. Schwarz Norimbergae.

Ed. anni 1749: edd. J. M. Gesner Göttingae [2].

Ed. anni 1796: edd. G. E. Gierig Lipsiae.

Ed. anni 1834: edd. J. L. Burnouf Parisiis qui primus tres codd. Parisinos adhibuit cf. C. I*a* p. 4[2].

Editio anni 1843: edd. F. Dübner Parisiis.

Ed. anni 1853: edd. H. Keil Lipsiae ($K^1$) in aed. B. G. Teubneri.

Ed. anni 1870: edd. H. Keil Lipsiae ($K^2$) „ „ „

Ed. anni 1903: edd. C. F. W. Müller Lipsiae in aed. B. G. Teubneri.

Editio anni 1908: edd. R. C. Kukula Lipsiae in aed. B. G. Teubneri.

Commentarium optimum praebent editiones Schwarzii et Gierigii; quod attinet ad rem criticam, Müller et Kukula pluribus quidem quam ceteri nos ditant, sed quod codicem Harleianum neglexerunt, summa cum cautione eorum editiones consulendae sunt. — Kukula autem persaepe in apparatu critico malas mali codicis lectiones commemorat atque adeo recepit in textum, contra, ubi coniectura lectio restituta est, saepe omnino tacet, unde M integrum esse imprudens lector efficiat.

---

EDITIONES PACATI PANEGYRICI SEPARATAE.

Editio anni 1668: edd. J. Scheffer Upsaliae [2].

Editio anni 1733: edd. J. Arntzen Amstelodami.

Editio J. Schefferi magni momenti est, quod in ea lectiones cod. Upsaliensis (A) integrae exstant; quae editio Baehrensio felicem illam coniecturam suggessit codicem A etiam tunc Upsaliae conservari; cuius particeps factus primus vera ratione critica nisus editionem suam in lucem emisit, quae semper magni permagnique erit aestimanda.

---

Opera et Disputationes de Panegyricis post Baehrensii Editionem in lucem emissa et a me adhibita haec sunt:

Baehrens E. Zur Handschriftenkunde der latein. Panegyrici. Rhein Mus. XXX (1875) 463 sqq.

Bornecque H. Les lois métriques de la prose oratoire latine d'après le panégyrique de Trajan. Revue de philol. XXIV (1900) 201 sqq. cf. Rhein Mus. LVIII (1903) 371 sqq.

Boissier G. Journal des Savants LXV (1884) p. 1 sqq.

Brandt S. Eumenius von Augustodunum und die ihm zugeschriebenen Reden. Ein Beitrag zur Geschichte der römischen Litteratur in Gallien. Freiburg i. B. und Tübingen 1882.

Brandt S. Beiträge zur Kritik der gallischen Panegyriker. Rh. Mus. XXXVIII (1883) p. 603—611.

Burkhard C. I. Observationes criticae ad Panegyricos latinos. Acta Seminarii Erlangensis III (1884), 161 sqq.

Burkhard C. I. Wiener Studiën VI 1884, p. 322 sqq., VIII (1886) p. 170 sqq., IX (1887) p. 171 sqq., XXIII (1901) p. 338, XXXI (1909) p. 137.

Burkhard C. I. Bericht über die Arbeiten zu den römischen Rednern, Bursians Jahresber. Bd. 84 (1895 II) p. 175—189, p. 222—228, Bd. 93 (1897 II) p. 88—91, p. 106—113, Bd. 117 (1903 II) p. 155—169, p. 173—179.

Chatelain E. Revue Critique II (1876) p. 27—31.

Chruzander G. De Elocutione Panegyricorum veterum Gallicanorum Quaestiones Upsaliae 1897.



Consoli S. Il neologismo negli scritti di Plinio il giovane, Palermo 1900.

Corradi A. In C. Plinium Caecilium Secundum observationes ad orationem verborumque constructionem et usum pertinentes, Bergamo 1889. cf. Riv. di filologia 1884, 500 sqq.

Ellis R. Adversaria Journal of Philol. (London and Cambridge) XV (1886) p. 7 sqq.

Eussner A. Jahrb. für kl. Phil. CXXXIII (1886) p. 114.

Georges K. E. Jahrb. für kl. Phil. CXXIX (1884) p. 368.

Götze R. Quaestiones Eumenianae. Diss. Hal. Sax. 1892.

— Zu den lateinischen Panegyrici. Jahrb. für kl. Phil. CXLV (1892) p. 851—862.

Haupt M. Opuscula II 326; III 495 sqq.

Hofacker C. De clausulis C. Caecili Plinii Secundi Bonnae 1903.

Kehding O. De Panegyricis latinis capita quattuor Diss. Marp. 1899.

Kienzle L. Die Kopulativpartikeln et, que, atque, bei Tacitus, Plinius, Seneca Diss. Tüb. 1906.

Klose O. Die beiden an Maximinianus Augustus gerichteten Panegyrici latini. Progr. des k. k. Staats-Gymnasiums in Salzburg 1894—1895.

Klussmann E. Zum Genethliacus des Cl. Mamertinus. Jahrb. für kl. Phil. CXXIII (1881) p. 432, CXXV p. 496.

[Kraut K. Über Syntax und Stil des jüngeren Plinius. Progr. Schönthal 1872.]

Kukula R. C. C. Plini Caecili Secundi Epistularum libri novem, Epistularum ad Trajanum liber, Panegyricus. Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri 1908.

[Lagergreen I. P. De vita et elocutione C. Plini Caecilii Secundi Upsala Universitets Årsskrift 1871.]

Löfstedt E. Beiträge zur Kenntniss der späteren Latinität. Diss. Upsal. 1907 p. 9 et 71.

Löfstedt E. Vermischte Beiträge. Eranos VII (1907) p. 100, VIII (1908) pag. 108.

Ludewig A. Quomodo Plinius maior, Seneca, Curtius Rufus, Plinius minor cett. particula 'quidem' usi sint. Prager philologische Studiën III 1891.

Madvig I. N. Adversaria critica ad scriptores graecos et latinos vol. III. Hauniae 1884 p. 215 sqq.

## EDITIONES PACATI PANEGYRICI SEPARATAE.

Editio anni 1668: edd. J. Scheffer Upsaliae [2].

Editio anni 1733: edd. J. Arntzen Amstelodami.

Editio J. Schefferi magni momenti est, quod in ea lectiones cod. Upsaliensis (A) integrae exstant; quae editio Baehrensio felicem illam coniecturam suggessit codicem A etiam tunc Upsaliae conservari; cuius particeps factus primus vera ratione critica nisus editionem suam in lucem emisit, quae semper magni permagnique erit aestimanda.

---

Opera et Disputationes de Panegyricis post Baehrensii Editionem in lucem emissa et a me adhibita haec sunt:

Baehrens E. Zur Handschriftenkunde der latein. Panegyrici. Rhein Mus. XXX (1875) 463 sqq.

Bornecque H. Les lois métriques de la prose oratoire latine d'après le panégyrique de Trajan. Revue de philol. XXIV (1900) 201 sqq. cf. Rhein Mus. LVIII (1903) 371 sqq.

Boissier G. Journal des Savants LXV (1884) p. 1 sqq.

Brandt S. Eumenius von Augustodunum und die ihm zugeschriebenen Reden. Ein Beitrag zur Geschichte der römischen Litteratur in Gallien. Freiburg i. B. und Tübingen 1882.

Brandt S. Beiträge zur Kritik der gallischen Panegyriker. Rh. Mus. XXXVIII (1883) p. 603—611.

Burkhard C. I. Observationes criticae ad Panegyricos latinos. Acta Seminarii Erlangensis III (1884), 161 sqq.

Burkhard C. I. Wiener Studiën VI 1884, p. 322 sqq., VIII (1886) p. 170 sqq., IX (1887) p. 171 sqq., XXIII (1901) p. 338, XXXI (1909) p. 137.

Burkhard C. I. Bericht über die Arbeiten zu den römischen Rednern, Bursians Jahresber. Bd. 84 (1895 II) p. 175—189, p. 222—228, Bd. 93 (1897 II) p. 88—91, p. 106—113, Bd. 117 (1903 II) p. 155—169, p. 173—179.

Chatelain E. Revue Critique II (1876) p. 27—31.

Chruzander G. De Elocutione Panegyricorum veterum Gallicanorum Quaestiones Upsaliae 1897.



Consoli S. Il neologismo negli scritti di Plinio il giovane, Palermo 1900.

Corradi A. In C. Plinium Caecilium Secundum observationes ad orationem verborumque constructionem et usum pertinentes, Bergamo 1889. cf. Riv. di filologia 1884, 500 sqq.

Ellis R. Adversaria Journal of Philol. (London and Cambridge) XV (1886) p. 7 sqq.

Eussner A. Jahrb. für kl. Phil. CXXXIII (1886) p. 114.

Georges K. E. Jahrb. für kl. Phil. CXXIX (1884) p. 368.

Götze R. Quaestiones Eumenianae. Diss. Hal. Sax. 1892.

— Zu den lateinischen Panegyrici. Jahrb. für kl. Phil. CXLV (1892) p. 851—862.

Haupt M. Opuscula II 326; III 495 sqq.

Hofacker C. De clausulis C. Caecili Plinii Secundi Bonnae 1903.

Kehding O. De Panegyricis latinis capita quattuor Diss. Marp. 1899.

Kienzle L. Die Kopulativpartikeln et, que, atque, bei Tacitus, Plinius, Seneca Diss. Tüb. 1906.

Klose O. Die beiden an Maximinianus Augustus gerichteten Panegyrici latini. Progr. des k. k. Staats-Gymnasiums in Salzburg 1894—1895.

Klussmann E. Zum Genethliacus des Cl. Mamertinus. Jahrb. für kl. Phil. CXXIII (1881) p. 432, CXXV p. 496.

[Kraut K. Über Syntax und Stil des jüngeren Plinius. Progr. Schönthal 1872.]

Kukula R. C. C. Plini Caecili Secundi Epistularum libri novem, Epistularum ad Trajanum liber, Panegyricus. Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri 1908.

[Lagergreen I. P. De vita et elocutione C. Plini Caecilii Secundi Upsala Universitets Årsskrift 1871.]

Löfstedt E. Beiträge zur Kenntniss der späteren Latinität. Diss. Upsal. 1907 p. 9 et 71.

Löfstedt E. Vermischte Beiträge. Eranos VII (1907) p. 100, VIII (1908) pag. 108.

Ludewig A. Quomodo Plinius maior, Seneca, Curtius Rufus, Plinius minor cett. particula 'quidem' usi sint. Prager philologische Studiën III 1891.

Madvig I. N. Adversaria critica ad scriptores graecos et latinos vol. III. Hauniae 1884 p. 215 sqq.

Menna Ph. De infinitivi apud Plinium minorem usu. Diss. Rostock 1902.

Mueller C. F. W. C. Plini Caecili Secundi Epistularum libri novem, epistularum ad Traianum liber, Panegyricus Lipsiae 1903, in aedibus B. G. Teubneri.

Nelson Eranos VIII 1908 p. 161.

Novák R. Zu Plinius dem Jüngeren. Zeitschr. für d. österr. Gymn. 1891 p. 1067—1068.

Novák R. In Panegyricos Latinos Studia Grammatica et Critica. Pragae 1901.

Novák R. Ad Panegyricos latinos. České museum filologické IX (1903) p. 446 sqq.

Persson P. De locis nonnullis Panegyricorum latinorum. Commentationes philol. in honorem Joh. Paulsen 1905 p. 130—133.

Pichon R. L'origine du recueil des Panegyrici Latini. Revue des étud. anc. VIII 3 p. 229—249.

Sachs A. De quattuor Panegyricis qui ab Eumenio scripti esse dicuntur. Diss. Hal. Sax. 1885.

Schanz M. Rh(einisch) Mus(eum) XLIV (1889) p. 480.

Schenkl C. Lectiones Panegyricae. Wiener Studiën III (1881) p. 118 sqq.

Schnelle K. Kritisches zum Panegyricus des Plinius. Progr. Meissen 1879 p. 27 sqq.

Seeck O. Studiën zur Geschichte Diocletians und Constantins I. Jahrb. für kl. Phil. 1881 p. 613—626.

Seeck O. Erhebung des Maximian zum Augustus. Ein Beitrag zur Interpretation des Eumenius, Comm. Woelfflin. Leipzig 1891 p. 31—36.

Sittl K. Jahresbericht über die spätlateinischen Schriftsteller vom Ende 1878 bis einschliesslich 1884. Bursians Jahresberichte Bd. 59 (1889) p. 27.

Stangl Th. Zu Ammianus Marcellinus, Seneca und Plinius' Panegyricus, Philologus XLVIII p. 310.

Stangl Th. Philologus XLV p. 80.

Strömberg E. Ad codicem Upsaliensem, qui Panegyricos Latinos continet, Eranos II (1897) p. 46 sqq.

Strömberg E. Studia Panegyrica Diss. Upsal. 1902.



Suster G. Notizia e classificazione dei codici contenenti il panegyrico di Plinio a Trajano, Rivista di filologia XVI (1888) p. 512 sqq.

Suster G. Nuovi emendamenti al Panegyrico di Plinio. Riv. di fil. XVII p. 516 sqq.

Suster G. de Plinio Ciceronis imitatore. Riv. di fil. XVIII p. 74 sqq.

Thörnell G. Studia Panegyrica Diss. Upsal. 1905.

Wageningen (J. van). Ad Panegyricos Latinos. Mnemosyne XXXVII (1909) p. 447 sqq.

Weyman und Kübler, Archiv f. Lat. Lex. VIII p. 129 et p. 136.

Zielinscki Th. Das Ausleben des Clauselgesetzes in der Römischen Kunstprosa. Phil. Suppl. B. 10 (1907) p. 431—466.

Forsitan miretur quis me quaestionem Eumenianam non tetigisse; sed primum ad textum constituendum investigatio huius quaestionis accuratissima nil afferet, deinde plura historica quoque problemata tractanda erunt; quod ab hoc loco — quandoquidem in praefatione de textu constituendo sermo est — alienum videtur. Praestat de tota hac quaestione alio loco de integro disputare.

Scribebam Romae mense Octobri 1909.

C. PLINI CAECILI SECUNDI

# PANEGYRICUS

TRAIANO IMP. DICTUS.

---

1. Bene ac sapienter, patres conscripti, maiores instituerunt
ut rerum agendarum ita dicendi initium a precationibus capere,
quod nihil rite, nihil prouidenter homines sine deorum immor-
talium ope consilio honore auspicarentur. Qui mos cui potius 2
quam consuli aut quando magis usurpandus colendusque est
quam cum imperio senatus, auctoritate rei publicae ad agendas
optimo principi gratias excitamur? Quod enim praestabilius 3
est aut pulchrius munus deorum quam castus et sanctus et dis
simillimus princeps? Ac si adhuc dubium fuisset, forte casuque 4
rectores terris an aliquo numine darentur, principem tamen
nostrum liqueret diuinitus constitutum. Non enim occulta 5
potestate fatorum sed ab Ioue ipso coram ac palam repertus
est; electus quippe inter aras et altaria eodemque loci quem
deus ille tam manifestus ac praesens quam caelum ac sidera
insedit. Quo magis aptum piumque est te, Iuppiter optime, 6
antea conditorem, nunc conseruatorem imperii nostri precari ut
mihi digna consule, digna senatu, digna principe contingat
oratio utque omnibus quae dicentur a me libertas fides ueritas
constet tantumque a specie adulationis absit gratiarum actio
mea quantum abest a necessitate.

2. Equidem non consuli modo sed omnibus ciuibus enitendum
reor ne quid de principe nostro ita dicant ut idem illud de alio
dici potuisse uideatur. Quare abeant ac recedant uoces illae 2

9 cum om. A | 15 repertus est; electus quippe Schwarz, repertus electus est quippe M | 18 post optime add. maxime ς.



quas metus exprimebat; nihil quale ante dicamus: nihil enim
quale antea patimur; nec eadem de principe palam quae prius
praedicemus: neque enim eadem secreto quae prius loquimur.
Discernatur orationibus nostris diuersitas temporum et ex ipso 3
genere gratiarum agendarum intellegatur cui, quando sint actae.
Nusquam ut deo, nusquam ut numini blandiamur: non enim de
tyranno sed de ciue, non de domino sed de parente loquimur.
[Unum ille se ex nobis] Et hoc magis excellit atque eminet, quod 4
unum <ille se> ex nobis putat nec minus hominem se quam
hominibus praeesse meminit. Intellegamus ergo bona nostra dig- 5
nosque nos illis usu probemus atque identidem cogitemus si maius
principibus praestemus obsequium qui seruitute ciuium quam qui
libertate laetantur. Et populus quidem Romanus dilectum princi- 6
pum seruat quantoque paulo ante concentu formosum alium, hunc
fortissimum personat, quibusque aliquando clamoribus gestum
alterius et uocem, huius pietatem abstinentiam mansuetudinem
laudat. Quid nos ipsi? diuinitatem principis nostri an humani- 7
tatem temperantiam facilitatem, ut amor et gaudium tulit,
celebrare uniuersi solemus? Iam quid tam ciuile, tam senato-
rium quam illud additum a nobis 'Optimi' cognomen? quod
peculiare huius et proprium arrogantia priorum principum fecit.
Enimuero quam commune, quam ex aequo quod felices nos, 8
felicem illum praedicamus alternisque uotis 'haec faciat, haec
audiat', quasi non dicturi nisi fecerit, comprecamur! Ad quas
ille voces lacrimis etiam ac multo pudore suffunditur. Agnos-
cit enim sentitque sibi, non principi dici.

3. Igitur quod temperamentum omnes in illo subito pietatis calore seruamus, hoc singuli quoque meditatique teneamus

2 palam om. X edd. | 3 quae prius secreto dett. edd. cf. Praef. p. 25, 42 | 5 actae nusquam corr. ς, hactenus quam M | 8—9 et h. m. exc. a. em. qu. un. ille se ex n. p. Reifferscheid Mus. Rhen. XVI 17 n. 2, unum ille se ex nobis et h. m. exc. a. em. qu. un. ex n. p. M | 9 hominem esse Baehrens, hominem esse se? Mueller, sed cf. Lagergr. p. 42 | 10 illis usu Lipsius, illius usu M | 11 cogitemus <quam sit indignum> si Cusp., cogitemus nisi si Kukula, alii alia, sed cf. Kraut p. 27, cf. Ep. V 8.3 | 13 principum Livineius, principem M | 20 cognomine A | 22 quam contimie commune A | 23 alteriusque A | 24 fecit A | 25—26 agnoscat enim sentique A.

sciamusque nullum esse neque sincerius neque acceptius genus
gratiarum quam quo illas acclamationes aemulemur quae fin-
gendi non habent tempus. Quantum ad me pertinet, laborabo 2
ut orationem meam ad modestiam principis moderationemque
submittam, nec minus considerabo quid aures eius pati possint
quam quid uirtutibus debeatur. Magna et inusitata principis 3
gloria, cui gratias acturus non tam uereor ne me in laudibus
suis parcum quam ne nimium putet. Haec me cura, haec 4
difficultas sola circumstat; nam merenti gratias agere facile
est, patres conscripti. Non enim periculum est ne, cum loquar
de humanitate, exprobrari sibi superbiam credat, cum de fru-
galitate, luxuriam, cum de clementia, crudelitatem, cum de
liberalitate, auaritiam, cum de benignitate, liuorem, cum de
continentia, libidinem, cum de labore, inertiam, cum de forti-
tudine, timorem. Ac ne illud quidem uereor ne gratus ingra- 5
tusue uidear, prout satis aut parum dixero. Animaduerto enim
etiam deos ipsos non tam accuratis adorantium precibus quam
innocentia et sanctitate laetari gratioremque existimari qui
delubris eorum puram castamque mentem quam qui meditatum
carmen intulerit.

4. Sed parendum est senatus consulto, quo ex utilitate pu-
blica placuit ut consulis uoce sub titulo gratiarum agendarum
boni principes quae facerent recognoscerent, mali quae facere
deberent. Id nunc eo magis sollemne ac necessarium est quod 2
parens noster priuatas gratiarum actiones cohibet et comprimit,
intercessurus etiam publicis, si permitteret sibi uetare quod
senatus iuberet. Utrumque, Caesar Auguste, moderate, et quod 3
alibi tibi gratias agi non sinis et quod hic sinis. non enim a
te ipsi tibi honor iste sed agentibus habetur. Cedis affectibus
nostris, nec nobis munera tua praedicare, sed audire tibi necesse
est. Saepe ego mecum, patres conscripti, tacitus agitaui qualem 4

2 quo . . . aemulemur Baehr., quod . . . aemulemur M, quod . . . aemuletur Cusp., sed quo et quod confusa habes c. 4.1; c. 50.5 | 5 possint corr. X, possunt AH | 12 cum de cl. — 13 avaritiam om. A | 21 quo w, quod M | 22 voce corr. X, vocem AH | 28 et quod hic sinis om. A | 29 ipsi Schwarz, ipso M | agentibus Schwarz, ab agentibus M.



quantumque esse oporteret cuius dicione nutuque maria terrae c. 3.1—5
pax bella regerentur; cum interea fingenti formantique mihi
principem quem aequata dis immortalibus potestas deceret,
numquam uoto saltem concipere succurrit similem huic quem
uidemus. Enituit aliquis in bello, sed obsoleuit in pace: alium 5
toga, sed non et arma honestarunt; reuerentiam ille terrore,
alius amorem humilitate captauit; ille quaesitam domi gloriam
in publico, hic in publico partam domi perdidit; postremo
adhuc nemo extitit cuius uirtutes nullo uitiorum confinio lae-
derentur. At principi nostro quanta concordia quantusque con- 6
centus omnium laudum omnisque gloriae contigit! Ut nihil
seueritati eius hilaritate, nihil grauitati simplicitate, nihil
maiestati humanitate detrahitur! Iam firmitas, iam proceritas 7
corporis, iam honor capitis et dignitas oris, ad hoc aetatis
indeflexa maturitas nec sine quodam munere deum festinatis
senectutis insignibus ad augendam maiestatem ornata caesaries,
nonne longe lateque principem ostentant?

5. Talem esse oportuit quem non bella ciuilia nec armis
oppressa res publica sed pax et adoptio et tandem exorata terris
numina dedissent. An fas erat nihil differre inter impera- 2
torem quem homines et quem di fecissent? quorum quidem
in te, Caesar Auguste, iudicium et fauor tunc statim, cum ad
exercitum proficiscereris, et quidem inusitato <omine> enotuit.
Nam ceteros principes aut largus cruor hostiarum aut sinister 3
uolatus auium consulentibus nuntiauit, tibi ascendenti de more
Capitolium quamquam non id agentium ciuium clamor ut iam
principi occurrit, siquidem omnis turba quae limen insederat ad 4
ingressum tuum foribus reclusis illa quidem, ut tunc arbitra-
batur, deum, ceterum, ut docuit euentus, te consalutauit im-
peratorem. Nec aliter a cunctis omen acceptum est. Nam ipse 5

5 absolevit A | 15 inflexa Beroaldus, indefessa Patarol, indevexa Mommsen, indefecta Baehrens, sed unum ex Plinii neologismis habes cf. Consoli p. 56. | 15 festinantis X | 19 respublica] respexissent A | 22 studium Baehr. sed cf. c. 94.4 | 23 inusitato <omine> enotuit Keil, inusitato enotuit M, inus. <signo> enot. Suster coll. c. 94.4, inus. <omin>e notuit Baehr., cf. Praef. C. II*a* p. 42. | 25 consulentibus om. A | 29 te om. A.

intellegere nolebas; recusabas enim imperare, recusabas, quod
erat bene imperaturi. Igitur cogendus fuisti. Cogi porro non 6
poteras nisi periculo patriae et nutatione rei publicae. Obsti-
natum enim tibi non suscipere imperium, nisi seruandum fuisset.
Quare ego illum ipsum furorem motumque castrensem reor 7
extitisse, quia magna ui magnoque terrore modestia tua uin-
cenda erat. Ac sicut maris caelique temperiem turbines tem- 8
pestatesque commendant, ita ad augendam pacis tuae gratiam
illum tumultum praecessisse crediderim. Habet has uices 9
condicio mortalium ut aduersa ex secundis, ex aduersis secunda
nascantur. Occultat utrorumque semina deus, et plerumque
bonorum malorumque causae sub diuersa specie latent.

6. Magnum quidem illud saeculo dedecus, magnum rei
publicae uulnus impressum est: imperator et parens generis
humani obsessus captus inclusus, ablata mitissimo seni seruan-
dorum hominum potestas ereptumque principi illud in principatu
beatissimum, quod nihil cogitur. Si tamen haec sola erat ratio 2
quae te publicae salutis gubernaculis admoueret, prope est ut
exclamem tanti fuisse. Corrupta est disciplina castrorum ut tu
corrector emendatorque contingeres; inductum pessimum exem-
plum ut optimum opponeretur; postremo coactus princeps quos
nolebat occidere ut daret principem qui cogi non posset. Olim 3
tu quidem adoptari merebare; sed nescissemus quantum tibi
deberet imperium, si ante adoptatus esses. Expectatum est
tempus quo liqueret non tam accepisse te beneficium quam
dedisse. Confugit in sinum tuum concussa res publica ruens-
que imperium super imperatorem imperatoris tibi voce delatum
est. Imploratus adoptione et accitus es, ut olim duces magni 4
a peregrinis externisque bellis ad opem patriae ferendam reuocari
solebant. Ita filius ac parens uno eodemque momento rem
maximam inuicem praestitistis: ille tibi imperium dedit, tu illi
reddidisti. Solus ergo ad hoc aeui pro munere tanto paria 5
accipiendo fecisti, immo ultro dantem obligasti: communicato
enim imperio sollicitior tu, ille securior factus est.

2 erat bene imperaturi AH, bene erat imperaturi X | 3 nutatione H, mutatione AX | 11 noscantur X | 26 ruens dett. Keil, Kukula, sed cf. Praef. p. 25 | 29 exteriusque A | 32 cui A | 33 ultro corr. dett., ultra M.





7. O nouum atque inauditum ad principatum iter! Non te
propria cupiditas, proprius metus, sed aliena utilitas, alienus
timor principem fecit. Videaris licet, quod est amplissimum, 2
inter homines consecutus, felicius tamen erat illud quod reli-
quisti: sub bono principe priuatus esse desisti. Assumptus es 3
in laborum curarumque consortium, nec te prospera et laeta
stationis istius sed aspera et dura ad capessendam eam com-
pulerunt: suscepisti imperium, postquam alium suscepti paeni-
tebat. Nulla adoptati cum eo qui adoptabat cognatio, nulla 4
necessitudo, nisi quod uterque optimus erat dignusque alter
eligi, alter eligere. Itaque adoptatus es non, ut prius alius
atque alius, in gratiam uxoris. Adsciuit enim te filium non
uitricus sed princeps, eodemque animo diuus Nerua pater tuus
factus est quo erat omnium. Nec decet aliter filium assumi, 5
si assumatur a principe. An senatum populumque Romanum,
exercitus, prouincias, socios transmissurus uni successorem e
sinu uxoris accipias summaeque potestatis heredem tantum
intra domum tuam quaeras? non totam per ciuitatem circum-
feras oculos et hunc tibi proximum, hunc coniunctissimum
existimes quem optimum, quem dis simillimum inueneris?
Imperaturus omnibus eligi debet ex omnibus: non enim seruulis 6
tuis dominum, ut possis esse contentus quasi necessario herede,
sed principem ciuibus daturus es imperator. Superbum istud
et regium, nisi adoptes eum quem constet imperaturum fuisse,
etiamsi non adoptasses. Fecit hoc Nerua, nihil interesse 7
arbitratus genueris an elegeris, si perinde sine iudicio adop-
tentur liberi ac nascuntur; nisi quod tamen aequiore animo
ferunt homines quem princeps parum feliciter genuit quam
quem male elegit.

4 inter homines consecutus AH, consecutus inter homines X | 10 uterque optimus — 8.21 tumultus fuisset habet R | 11 est R | 12 te filium filium nòn A | 15 si] nisi R | 16 socius tramissurus unius successorē me sinu R | 18 totam per R. per totam M | 20 extimes R, dis sim.] dignissimum R | 22 posses R | 23 es Livineius, *et* R, om. M | 23 istut et regium est R | 25 hec A | 26 genuerit R genuerit an elegerit dett, Kukula aliique, male cf. Praef. p. 25. | 27 tamen om. R | 28 principes R.

8. Sedulo ergo uitauit hunc casum nec iudicium modo
hominum sed deorum etiam in consilium assumpsit. Itaque
non in cubiculo sed in templo, nec ante genialem torum sed
ante puluinar Iouis optimi maximi adoptio peracta est, qua
tandem non seruitus nostra sed libertas et salus et securitas
fundabatur. Sibi enim gloriam illam di uindicauerunt: horum 2
opus illud, horum imperium, Nerua tantum minister fuit et
qui adoptabat tam paruit quam tu qui adoptabaris. Allata erat
ex Pannonia laurea, id agentibus dis ut inuicti imperatoris
exordium uictoriae insigne decoraret. Hanc imperator Nerua 3
in gremio Iouis collocarat, cum repente solito maior et augustior,
aduocata hominum contione deorumque, te filium sibi, hoc est
unicum auxilium fessis rebus adsumpsit. Inde quasi depositi 4
imperii qua securitate qua gloria laetus (nam quantulum refert
deponas an partiaris imperium? nisi quod difficilius hoc est),
non secus ac praesenti tibi innixus, tuis umeris se patriamque
sustentans, tua iuuenta, tuo robore inualuit. Statim consedit 5
omnis tumultus. Non adoptionis opus istud, sed adoptati fuit;
atque adeo temere fecerat Nerua, si adoptasset alium. Oblitine
sumus ut nuper post adoptionem non desierit seditio, sed
coeperit? Irritamentum istud irarum et fax tumultus fuisset,
nisi incidisset in te. An dubium est, ut dare posset imperium 6
imperator qui reuerentiam amiserat, auctoritate eius effectum
cui dabatur? Simul filius, simul Caesar, mox imperator et
consors tribuniciae potestatis et omnia pariter et statim factus
es, quae proxime parens uerus tantum in alterum filium contulit.

---

1 nec iudicium modo hominum ego cf. Praef. p. 35, nec iudicio hom. M, nec modo iudicium hom. R, n. m. iudicia hom. ς Keil | 2 in om. R | 3 non tu in cub. X | ante] antem R | genialeni A | 4 pulvine R | 5 sed libertas et salus M, sed salus et libertas R (cf. Prf. p. 36) | 7 opus illud horum R, opus horum illud M | fuit minister R | et qui adoptabat Keil, ut qui adoptaret R, utque qui adoptaret M, atque is qui adoptabat Kukula coll. c. 7.4 speciose, qui cum adoptaret Baehr., alii alia | 10 exortum M | decorarent M | hanc om. R | 11 collocaret R, collocavit A | solitum maior augustiorque R | 12 advocata hominum contione deorumque M, adv. cont. hom. deor. R cf. Praef. p. 35 | 13 fesses R | deposito imperio ς | 16 ac] ad R | 18 fuit sed adoptati X.





9. Magnum hoc tuae moderationis indicium quod non solum
successor imperii sed particeps etiam sociusque placuisti. Nam
successor, etiamsi nolis, habendus est; non est habendus socius,
nisi uelis. Credentne posteri patricio et consulari et triumphali 2
patre genitum, cum fortissimum amplissimum amantissimum
sui exercitum regeret, imperatorem non ab exercitu factum?
eidem, cum Germaniae praesideret, Germanici nomen hinc
missum? nihil ipsum ut imperator fieret agitasse? nihil fecisse
nisi quod meruit et paruit? Paruisti enim, Caesar, et ad 3
principatum obsequio peruenisti, nihilque magis a te subiecti
animo factum est quam quod imperare coepisti iam Caesar,
iam imperator, iam Germanicus, absens et ignarus et post tanta
nomina, quantum ad te pertinet, priuatus. Magnum uideretur, 4
si dicerem 'nescisti te imperatorem futurum': eras imperator
et esse te nesciebas. Ut uero ad te fortunae tuae nuntius
uenit, malebas quidem hoc esse quod fueras, sed non erat
liberum. An non obsequereris principi ciuis, legatus imperatori,
filius patri? Ubi deinde disciplina, ubi mos a maioribus traditus, 5
quodcumque imperator munus iniungeret, aequo animo paratoque
subeundi? Quid enim, si prouincias ex prouinciis, ex bellis
bella mandaret? <Apparet> eodem illo uti iure, cum ad
imperium reuocet, quo sit usus, cum ad exercitum miserit,
nihilque interesse ire legatum an redire principem iubeat, nisi
quod maior sit obsequii gloria in eo quod quis minus uelit.
10. Augebat auctoritatem iubentis in summum discrimen
auctoritas eius adducta, utque magis parendum imperanti
putares efficiebatur eo quod ab aliis minus parebatur. Ad hoc 2
audiebas senatus populique consensum: non unius Neruae
iudicium illud, illa electio fuit. Nam qui ubique sunt homines
hoc idem uotis expetebant: ille tantum iure principis occupauit
primusque fecit quod facturi omnes erant. Nec hercle tanto

---

1 iudicium Baehr., sed cf. e. g. c. 58.3 | 3 habendus es A | 10—11 subiecti animo M recte, subiecti animi Cataneus; subiecto animo ς edd. | 11 Caesariam H, Caesaream A | 14 imperatorem te A | 21 mandaret? <apparet> Haupt Herm. V p. 26, mandaret M, mandaret? <claret> Baehrens | illum Cusp. sed cf. Kraut. p. 10 | cum om. A | 22 te vocet Baudius edd., sed universe dictum est | 29 nam qui corr. dett., non qui M | 31 hercule X.

opere cunctis factum placeret, nisi placuisset ante quam fieret.
At quo, di boni, temperamento potestatem tuam fortunamque 3
moderatus es! Imperator tu titulis et imaginibus et signis,
ceterum modestia labore uigilantia dux et legatus et miles, cum
iam tua uexilla, tuas aquilas magno gradu anteires neque aliud
tibi ex illa adoptione quam filii pietatem, filii obsequium ad-
sereres longamque huic nomini aetatem, longam gloriam pre-
carere. Iam te prouidentia deorum primum in locum prouexe- 4
rat; tu adhuc in secundo resistere atque etiam senescere optabas:
priuatus tibi uidebaris quam diu imperator et alius esset.
Audita sunt tua uota, sed in quantum optimo illi et sanctissimo
seni utile fuit, quem di ideo caelo uindicauerunt ne quid post
illud diuinum et immortale factum mortale faceret. Deberi 5
quippe maximo operi hanc uenerationem ut nouissimum esset,
auctoremque eius statim consecrandum ut quandoque inter
posteros quaereretur an illud iam deus fecisset. Ita ille nullo 6
magis nomine publicus parens quam quia tuus. Ingens gloria
ingensque fama: cum abunde expertus esset quam bene umeris
tuis sederet imperium, tibi terras, te terris reliquit; eo ipso
carus omnibus ac desiderandus quod prospexerat ne desideraretur.

11. Quem tu lacrimis primum, ita ut filium decuit, mox
templis honestasti, non imitatus illos qui hoc idem, sed alia
mente fecerunt. Dicauit caelo Tiberius Augustum, sed ut
maiestatis crimen induceret, Claudium Nero, sed ut irrideret,
Vespasianum Titus, Domitianus Titum, sed ille ut dei filius,
hic ut frater uideretur. Tu sideribus patrem intulisti non ad 2
metum ciuium, non in contumeliam numinum, non in honorem
tuum, sed quia deum credis. Minus hoc est, cum fit ab his 3
qui et sese deos putant. sed licet illum aris puluinaribus
flamine colas, non alio tamen magis deum et facis et probas

1 nisi quam placuisset A | 2 at quo di boni w, ad quod boni M | 3 ygainibus A | 11 <non> sunt Schnelle sine causa | tua vota AH, vota tua X | 12 di ideo caelo Baehr., dii de caelo M, dii coelo ϛ edd. | 13 illud corr. dett. illum M | 19 ipse A | 22 honestasti w, honestati M | 24 maiestas A | 28 minus hoc est AH, minus est hoc X | 29 sed et licet illum turis aris pulvinaribus A, unde: sed licet illum turibus cet. Baehr., Kuk. (et servato), sed cf. Praef. p. 25 | 30 tamen magis corr. ϛ, magis tamen M.





quam quod ipse talis es. In principe enim qui electo successore
fato concessit una eademque certissima diuinitatis fides est
bonus successor. Num ergo tibi ex immortalitate patris aliquid 4
arrogantiae accessit? num hos proximos diuinitate parentum
desides ac superbos potius quam illos ueteres et antiquos
aemularis? qui hoc ipsum imperium *** quam imperator cuius
pulsi fugatique non aliud maius habebatur indicium quam si
triumpharet. Ergo sustulerant animos et iugum excusserant 5
nec iam nobiscum de sua libertate, sed de nostra seruitute
certabant ac ne indutias quidem nisi aequis condicionibus ini-
bant legesque ut acciperent dabant.

12. At nunc rediit omnibus terror et metus et uotum im-
perata faciendi. Vident enim Romanum ducem unum ex illis
ueteribus et priscis, quibus imperatorium nomen addebant
contecti caedibus campi et infecta uictoriis maria. Accipimus 2
obsides ergo, non emimus, nec ingentibus damnis immensisque
muneribus paciscimur ut uicerimus. Rogant, supplicant; largi-
mur, negamus, utrumque ex imperii maiestate; agunt gratias
qui impetrauerunt; non audent queri quibus negatum est. An 3
audeant qui sciant te adsedisse ferocissimis populis eo ipso
tempore quod amicissimum illis, difficillimum nobis, cum
Danubius ripas gelu iungit duratusque glacie ingentia tergo
bella transportat, cum ferae gentes non telis magis quam suo
caelo, suo sidere armantur? Sed ubi in proximo tu, non secus 4
ac si mutatae temporum uices essent, illi quidem latibulis suis
clausi tenebantur, nostra agmina percursare ripas et aliena
occasione, si permitteres, uti ultroque hiemem suam barbaris
inferre gaudebant.

13. Haec tibi apud hostes ueneratio. Quid? apud milites
quam admirationem quemadmodum comparasti? cum tecum

2 eademque corr. dett., idemque M | 6 aemularis corr. dett., aemuleris M | ipsum imperium *** quam imp. cuius pulsi M. frustra lacunam explere conati sunt viri docti | 7 quam quod B cod. Livinei Baehr., Kuk., sed habebatur Germanice 'man hatte' significat | 13 unum om. A | 15 contecti caedibus corr. dett., contectica edibus M | invecta A | 16 emimus corr. dett., eminus M | damnis w, damus M | 22 Danubius] domibus A.

inediam, tecum sitim ferrent; cum in illa meditatione campestri
militaribus turmis imperatorium puluerem sudoremque misceres,
nihil a ceteris nisi robore ac praestantia <diversus> libero
Marte nunc eminus tela vibrares nunc uibrata susciperes,
alacer uirtute militum et laetus, quotiens aut cassidi tuae aut
clipeo grauior ictus incideret (laudabas quippe ferientes horta-
barisque ut auderent, et audebant iam): cum spectator
<moderator>que ineuntium certamina uirorum arma com-
poneres, tela temptares ac, si quod durius accipienti uideretur,
ipse uibrares. Quid cum solacium fessis, aegris opem ferres? 3
Non tibi moris tua inire tentoria, nisi commilitonum ante
lustrasses, nec requiem corpori nisi post omnes dare. Hac 4
mihi admiratione dignus imperator <vix> uideretur, si inter
Fabricios et Scipiones et Camillos talis esset: tunc enim illum
imitationis ardor semperque melior aliquis accenderet. Post- 5
quam uero studium armorum a manibus ad oculos, ad uolup-
tatem a labore translatum est, postquam exercitationibus nostris
non ueteranorum aliquis, cui decus muralis aut ciuica, sed
Graeculus magister assistit, quam magnum est unum ex omnibus
patrio more, patria uirtute laetari et sine aemulo, [ac] sine exem-
plo secum certare, secum contendere ac sicut imperare solum,
ita solum esse qui debeat imperare!

14. Non incunabula haec tibi, Caesar, et rudimenta, cum
puer admodum Parthica lauro gloriam patris augeres nomenque
Germanici iam tum mererere, cum ferociam superbiamque

1 sitim ferrent AH, ferrent sitim X | velitatione Mommsen, sed cf. Veget. e. g. I 1, 18, 27, II 23, Heg. III 24, Macr. Sat. III 14.6 | 3 <diversus> add. Baehr. om. M, differens ς, dispar w, distans Dübner | 4 eminus Schäfer, cominus M | vibrares corr. dett., librares M | 7 spectator <moderator>que Puteolanus, spectatorque M, spect. <laudator>que (vel <exhortator>que) Suster | 9 videretur corr. X, viderentur AH | 12—13 hac] haut Baehr., sed cf. Burkhard Act. Sem. Erl. III p. 165, nec mihi Keil | tibi A | <minus> dignus Mommsen, indignus Suster cf. Novák Z. f. d. ö. G. XLII (1891) p. 1068 | 13 imperio A | <vix> Mueller, om. M | si inter — talis esset om. A | 18 veteranorum corr. dett., veterarum AH, veterorum X | 20 patria in virtute A | sine exemplo corr. dett., ac sine exemplo M | 21 imperare solum ita solum esse Baehr., imperaret solus solum ita M | 25 mererere w, merere M.



Parthorum ex proximo auditus magno terrore cohiberes Rhe- c. 13.1 —
numque et Euphraten admirationis tuae societate coniungeres?
cum orbem terrarum non pedibus magis quam laudibus pera-
grares, apud eos semper maior et clarior quibus postea conti-
gisses? Et necdum imperator, necdum dei filius eras. Germaniam 2
<Hispaniam>que cum plurimae gentes ac prope infinita
uastitas interiacentis soli tum Pyrenaeus, Alpes immensique
alii montes, nisi his comparentur, muniunt dirimuntque. Per 3
hoc omne spatium cum legiones duceres seu potius (tanta
uelocitas erat) raperes, non uehiculum umquam, non equum
respexisti. Leuis hic non subsidium itineris, sed decus agminis
subsequebatur, ut cuius tibi nullus usus, nisi cum die statiuorum
proximum campum alacritate discursu puluere attolleres. Initium 4
laboris mirer an finem? Multum est quod perseuerasti, plus
tamen quod non timuisti ne perseuerare non posses. Nec dubito 5
quin ille qui te inter ipsa Germaniae bella ab Hispania usque
ut ualidissimum praesidium exciuerat, iners ipse alienisque
uirtutibus tunc quoque inuidus imperator, cum ope earum
indigeret, tantam admirationem tui non sine quodam timore
conceperit quantam ille genitus Iove post saeuos labores duraque
imperia regi suo indomitus semper indefessusque referebat, cum
aliis super alias expeditionibus itinere illo dignus inuenireris.

15. Tribunus uero disiunctissimas terras teneris adhuc annis
uiri firmitate lustrasti, iam tunc praemonente fortuna ut diu
penitusque perdisceres quae mox praecipere deberes. Neque 2
enim prospexisse castra breuemque militiam quasi transisse
contentus ita egisti tribunum ut esse dux statim posses nihilque
discendum haberes tempore docendi: cognouisti per stipendia 3

5 Germaniam <Hispaniam> que Keil, Germaniamque M, plura intercidisse censet Dierauer Beitr. z. e. Krit. Gesch. Traians p. 193, Germaniaeque A | 8 comparentur AB[1]OW, compararentur HAdd.PBCV | 10 raperes w, rapere sed M | 11 agminis ego, et cum M, delet Haupt ut glossema (et cum = equum) Hermes V p. 26, decus et tutamen Baehr. coll. Verg. Aen. V 262. te tantum Schnelle, et comes Suster, alii alia | 12 tibi nullus AH, nullus tibi X | statutorum A | 13 discursus Baehrens | 14 mirer an corr. ς, miser an M | 16 inter illa X | 18 eorum A | 21 indefessasque A | 26 transilisse Arntzen. | 27 dux esse Keil, Kuk. cum W, sine causa.

decem mores gentium, regionum situs, opportunitates locorum, et diuersam aquarum caelique temperiem ut patrios fontes patriumque sidus ferre consuesti. Quotiens equos, quotiens 4
emerita arma mutasti! Veniet ergo tempus quo posteri uisere uisendumque tradere minoribus suis gestient, quis sudores tuos hauserit campus, quae refectiones tuas arbores, quae somnum saxa praetexerint, quod denique tectum magnus hospes impleueris, ut tunc ipsi tibi ingentium ducum sacra uestigia isdem in locis monstrabantur. Verum haec olim; in praesentia quidem, 5
quisquis paulo uetustior miles, hic te commilitone censetur. Quotus enim quisque cuius tu non ante commilito quam imperator? Inde est quod prope omnes nomine appellas, quod singulorum fortia facta commemoras; nec habent adnumeranda tibi pro re publica uulnera, quibus statim laudator et testis contigisti.

16. Sed tanto magis praedicanda est moderatio tua quod innutritus bellicis laudibus pacem amas nec, quia uel pater tibi triumphalis uel adoptionis tuae die dicata Capitolino Ioui laurus, idcirco ex occasione omni quaeris triumphos. Non times bella nec prouocas. Magnum est, imperator Auguste, magnum est 2
stare in Danubii ripa, si transeas, certum triumphi, nec decertare cupere cum recusantibus; quorum alterum fortitudine, alterum moderatione efficitur. Nam ut ipse nolis pugnare 3
moderatio, fortitudo tua praestat ut neque hostes tui uelint. Accipiet [et] ergo aliquando Capitolium non mimicos currus nec falsae simulacra uictoriae, sed imperatorem ueram ac solidam gloriam reportantem tranquillitatem et tam confessa hostium obsequia ut uincendus nemo fuerit. Pulchrius hoc omnibus 4
triumphis. Neque enim umquam nisi ex contemptu imperii nostri factum est ut uinceremus. Quod si quis barbarus rex eo insolentiae furorisque processerit ut iram tuam indignationemque mereatur, ne ille, siue interfuso mari seu fluminibus

7 protexerint H | 11 cuius] civis A | 14 et laudator Add.PW cet., Kuk. sine causa | 18 adoptationis H | 19 ex om. A | 20 Augustum A | 25 accipiet corr. dett., accipiet et M | mimicos H, inimicos AX | 26 sed imperium A | 27 reportantem pacem tranquillitatem A (in H prima manu pacem deletum est) | 28 obsequia ut vincendus w, obsequi aut incendiis M | fuit A.



immensis seu praecipiti monte defenditur, omnia haec tam prona tamque cedentia uirtutibus tuis sentiet ut subsedisse montes, flumina exaruisse, interceptum mare illatasque sibi non classes nostras, sed terras ipsas arbitretur.

17. Videor iam cernere non spoliis prouinciarum et extorto sociis auro, sed hostilibus armis captorumque regum catenis triumphum grauem, uideor ingentia ducum nomina nec indecora nominibus corpora noscitare, uideor intueri immanibus ausis 2
barbarorum onusta fercula et sua quemque facta uinctis manibus sequentem, mox ipsum te sublimem instantemque curru domitarum gentium tergo, ante currum autem clipeos quos ipse perfoderis. Nec tibi opima defuerint, si quis regum uenire in 3
manus audeat nec modo telorum tuorum, sed oculorum etiam minarumque coniectum toto campo totoque exercitu opposito perhorrescat. Meruisti proxima moderatione ut, quandocumque 4
te uel inferre uel propulsare bellum coegerit imperii dignitas, non ideo uicisse uidearis ut triumphares, sed triumphare quia uiceris.

18. Aliud ex alio mihi occurrit. Quam speciosum est enim quod disciplinam castrorum lapsam, extinctam refouisti depulso prioris saeculi malo, inertia et contumacia et dedignatione parendi! Tutum est reuerentiam, tutum caritatem mereri, nec 2
ducum quisquam aut non amari a militibus aut amari timet; [et] inde offensae pariter gratiaeque securi instant operibus, assunt exercitationibus, arma moenia uiros aptant. Quippe non is 3
princeps qui sibi imminere, sibi intendi putet quod in hostes paretur; quae persuasio fuit illorum qui hostilia, cum facerent,

1 defenditur corr. Med., dependitur M | 2 sentiet ς, censiet M subsidisse M | 4 esse post non addit X, cf. ad c. 29.2, Praef. p. 26, 43 6 hostilibus corr. dett., hostibus M | 7 ingentium dura nomina A | 10 sublimem curru instantemque . . . tergo Heumann Poecil. III 145, sed tergo èt ad sublimem (abl.) èt ad instantem (dat.) referendum est cf. Praef. p. 28 Ep. VI 20,9, VII 26,2 | 11 autem] ante A | 12 defuerint m, defuerunt M | 14 minarumque] nimorumque A | 15 quandocumque corr. dett., quandoque M | 20 extinctamque dett. Keil, et extinctam Baehr. sed cf. Kraut p. 44 sq. | 24 inde Keil, et inde M, exinde Baehr., vide Praef. p. 38, cf. Burkhard W. St. XXXI (1909) p. 137 | opibus A | 26 in om. A.

timebant. Iidem ergo torpere militaria studia nec animos
modo sed corpora ipsa languescere, gladios etiam incuria
hebetari retundique gaudebant. Duces porro nostri, non tam
regum exterorum quam suorum principum insidias, nec tam
hostium quam commilitonum manus ferrumque metuebant.

19. Est haec natura sideribus ut parua et exilia ualidiorum
exortus obscuret: similiter imperatoris aduentu legatorum dig-
nitas inumbratur. Tu tamen maior quidem omnibus eras, sed 2
sine ullius deminutione maior: eandem auctoritatem praesente
te quisque quam absente retinebat; quin etiam plerisque
ex eo reverentia accesserat quod tu quoque illos reuerebare.
Itaque perinde summis atque infimis carus sic imperatorem 3
commilitonemque miscueras ut studium omnium laboremque
et tamquam exactor intenderes et tamquam particeps sociusque
releuares. Felices illos quorum fides et industria non per inter- 4
nuntios et interpretes, sed ab ipso te, nec auribus tuis sed
oculis probabantur! Consecuti sunt ut absens quoque de
absentibus nemini magis quam tibi crederes.

20. Iam te ciuium desideria reuocabant, amoremque castro-
rum superabat caritas patriae. Iter inde placidum ac modestum
et plane a pace redeuntis. Nec uero ego in laudibus tuis ponam 2
quod aduentum tuum non pater quisquam, non maritus expauit:
affectata aliis castitas, tibi ingenita et innata interque ea quae
imputare non possis. Nullus in exigendis uehiculis tumultus, 3
nullum circa hospitia fastidium; annona quae ceteris; ad hoc
comitatus accinctus et parens; diceres magnum aliquem ducem
ac te potissimum ad exercitus ire; adeo nihil aut certe parum
interesat inter imperatorem factum et futurum. Quam dissimilis 4
nuper alterius principis transitus! si tamen transitus ille, non
populatio fuit, cum abactus hospitum exerceret omniaque

1 torpore A | 2 et corpora X, sed cf. Praef. p. 26 | 3 retundique w, et undique M | porri A | 6 validorum X | 8 quidem omnibus AH, omnibus quidem X | 9 diminutione M | 10 quisque quam edd., quisquam M | 26 parcus Cusp. sine necessitate | diceres corr. X, diceris AH (in H alt. manus corr.) | 30 abactus hospitum exerceret edd. antiq., ab. hospitium exereret M (exerceret dett.), abactus hospitium exederet Baehr., abactibus hospitium exsereret Kuk., sed exserere hic tolerari non potest.



dextera laeuaque perusta et attrita, ut si uis aliqua uel ipsi c. 18.3
illi barbari quos fugiebat inciderent. Persuadendum prouinciis
erat illud iter Domitiani fuisse, non principis. Itaque non tam 5
pro tua gloria quam pro utilitate communi edicto subiecisti
quid in utrumque uestrum esset impensum. Assuescat imperator
cum imperio calculum ponere; sic exeat, sic redeat, tamquam
rationem redditurus; edicat quid absumpserit. Ita fiet ut non 6
absumat quod pudeat edicere. Praeterea futuri principes, uelint
nolint, sciant tanti <iter> tuum constit<isse>, propositisque
duobus exemplis meminerint perinde coniecturam de moribus
suis homines esse facturos, prout hoc uel illud elegerint.

21. Nonne his tot tantisque meritis nouos aliquos honores,
nouos titulos merebare? At tu etiam patris patriae recusabas.
Quam longa nobis cum modestia tua pugna, quam tarde uicimus!
Nomen illud, quod alii primo statim principatus die, ut impe- 2
ratoris et Caesaris, receperunt, tu usque eo distulisti, donec
tu quoque, beneficiorum tuorum parcissimus aestimator, iam
te mereri fatereris. Itaque soli omnium contigit tibi ut pater 3
patriae esses ante quam fieres. Eras enim in animis, in iudiciis
nostris, nec publicae pietatis intererat quid uocarere, nisi quod
ingrata sibi uidebatur, si te imperatorem potius uocaret et
Caesarem, cum patrem experiretur. Quod quidem nomen qua 4
benignitate, qua indulgentia exerces! ut cum ciuibus tuis quasi
cum liberis parens uiuis! ut reuersus imperator, qui priuatus
exieras, agnoscis, agnosceris! Eosdem nos, eundem te putas,
par omnibus et hoc tantum ceteris maior quod melior.

22. Ac primum, qui dies ille quo expectatus desideratusque
urbem tuam ingressus es! Iam hoc ipsum, quod ingressus es,
quam mirum laetumque! Nam priores inuehi et importari

1 dextra X | 2 inciderint Schwarz, incidissent Haupt l.l. p. 27 | 8 edicere Lipsius, dicere M | 9 tanti <iter> tuum constit <isse> ego (tanti tuum constit<isse iter> Novák), tanti tuum constat M, tanti <sua itinera constare debere quanti> tuum constat Baehr., tanti <iter> tuum constat Rittershusius, sed praesens non placet | 26 quod Livineius, quo M | 27 qui dies Keil, quid dies M, quidem qui dies Schwarz male | 28 quod] quomodo Baehr. cf. Burkhard Act. p. 170 | iam hoc ipsum quod ingressus iterat H | 29 nam corr. dett., num M.

solebant, non dico quadriiugo curru et albentibus equis, sed
umeris hominum, quod arrogantius erat. Tu sola corporis 2
proceritate elatior aliis et excelsior non de patientia nostra
quendam triumphum, sed de superbia principum egisti. Ergo
non aetas quemquam, non ualetudo, non sexus retardauit quo
minus oculos insolito spectaculo impleret. Te paruuli noscere, 3
ostentare iuuenes, mirari senes; aegri quoque neglecto meden-
tium imperio ad conspectum tui quasi ad salutem sanitatemque
prorepere. Inde alii se satis uixisse te uiso, te recepto, alii
nunc magis esse uiuendum praedicabant. Feminas etiam tunc
fecunditatis suae maxima uoluptas subiit, cum cernerent cui
principi ciues, cui imperatori milites peperissent. Videres re- 4
ferta tecta ac laborantia ac ne eum quidem uacantem locum
qui non nisi suspensum et instabile uestigium caperet, oppletas
undique uias angustumque tramitem relictum tibi, alacrem
hinc atque inde populum, ubique par gaudium paremque cla-
morem: tam aequalis ab omnibus ex aduentu tuo laetitia per- 5
cepta est quam omnibus uenisti; quae tamen ipsa cum ingressu
tuo creuit ac prope in singulos gradus aucta est.

23. Gratum erat cunctis quod senatum osculo exciperes, ut
dimissus osculo fueras, gratum quod equestris ordinis decora
honore nominum sine monitore signares, gratum quod tot ultro
clientibus salutatis quasdam familiaritatis notas adderes, gratius 2
tamen quod sensim et placide et quantum respectantium turba
pateretur incederes, quod occursantium populus te quoque, te
immo maxime artaret, quod primo statim die latus tuum
crederes omnibus. Neque enim stipatus satellitum manu, sed 3
circumfusus undique nunc senatus nunc equestris ordinis flore,
prout alterutrum frequentiae genus inualuisset, silentes quietos-
que lictores tuos subsequebare; nam milites nihil a plebe habitu
tranquillitate modestia differebant. Ubi uero coepisti Capitolium 4
ascendere, quam laeta omnibus adoptionis tuae recordatio, quam

5 non aetas w, nova aetas M | 6 tu A | 7 neglecto corr. X, neglecti AH | 9 inde alii corr. X, indalii AH | 19 adaucta X cf. Praef. p. 26, 43 | 21 decoro A | 22 tot ultro ego (cf. Praef. p. 78), tantum ultro M, tantum non ultro Lipsius, tanto tumultu Kukula, alii alia | 26 artaret Behrius, astaret M | 30 obsequebare A.



peculiare gaudium eorum qui te primi eodem loco salutauerant c. 22.1—2
imperatorem! Quin etiam deum ipsum <patrem> tuum prae-
cipuam uoluptatem operis sui percepisse crediderim. Ut quidem 5
isdem uestigiis institisti quibus parens tuus ingens illud deorum
prolaturus arcanum, quae circumstantium gaudia, quam recens
clamor, quam similis illi dies qui hunc diem genuit! ut plena
altaribus, angusta uictimis cuncta, ut in unius salutem collata
omnium uota, cum sibi se ac liberis suis intellegerent precari
quae pro te precarentur. Inde tu in palatium quidem, sed eo 6
uultu, ea moderatione, ut si priuatam domum peteres; ceteri
ad penates suos quisque iteraturus gaudii fidem, ubi nulla
necessitas gaudendi est.

24. Onerasset alium eius modi introitus; tu cotidie admira-
bilior et melior, talis denique quales alii principes futuros se
tantum pollicentur. Solum ergo te commendat augetque tem-
poris spatium. Iunxisti enim ac miscuisti res diuersissimas,
securitatem olim imperantis et incipientis pudorem. Non tu 2
ciuium amplexus ad pedes tuos deprimis nec osculum manu
reddis: manet imperatori quae prior oris humanitas. Incedebas
pedibus, incedis; laetabaris labore, laetaris; eademque illa
omnia circa te nihil <in> ipso te fortuna mutauit. Liberum 3
est ingrediente per publicum principe subsistere occurrere,
comitari praeterire: ambulas inter nos, non quasi contingas,
et copiam tui, non ut imputes, facis. Haeret lateri tuo quis-
quis accessit, finemque sermoni suus cuique pudor, non tua
superbia facit. Regimur quidem a te et subiecti tibi, sed 4

1 salutaverant corr. dett., salutaverint M | 2 patrem add. Beroaldus om. M, ipsum tum Livineius (tunc Keil I), sed patrem abesse non potest | 3 utque dein Baehrens, utque Burkhard, sed de quidem gradationi antecedentium exprimendae adhibito cf. e. g. Ep. VI 5.4. Pan. c. 38.7 | 6 qui hunc diem genuit AH, qui hunc genuit diem X, Keil, qui hunc genuit Baehrens, ego, cf. Praef. p. 26, sed mutavi sententiam, illi diei qui hunc genuit dies Livineius, illi qui hunc genuit dies Haupt l.l. | 11 iteraturus corr. X, iteraturusque AH | 19 quae prius A, cf. Praef. p. 26 | 20 eadem quae omnia illa Gesner, eademque illa quae omnia Keil, ead. ill. qu. omn. Baehr., eademque alia omn. Mueller, omnes praeter necessitatem | 21 in ipso Lipsius, ipso M, ipsum Livineius | 25 sermonis Baehr., cf. Ep. III 18.4.

quemadmodum legibus sumus. Nam et illae cupiditates nostras
libidinesque moderantur, nobiscum tamen et inter nos uersantur.
Emines, excellis ut honor, ut potestas, quae super homines
quidem, hominum sunt tamen. Ante te principes fastidio nostri 5
et quodam aequalitatis metu usum pedum amiserant. Illos
ergo umeri ceruicesque seruorum super ora nostra, te fama,
te gloria, te ciuium pietas, te libertas super ipsos principes
uehunt; te ad sidera tollit humus ista communis et confusa
principis uestigia.

25. Non uereor, patres conscripti, ne longior uidear, cum
sit maxime optandum ut ea pro quibus aguntur principi
gratiae multa sint; quae quidem reuerentius fuerit integra
illibataque cogitationibus uestris reseruari quam carptim breui-
terque perstringi, quia fere sequitur ut illa quidem de quibus
taceas tanta quanta sunt esse uideantur: nisi uero leuiter attingi 2
placet locupletatas tribus datumque congiarium populo et datum
totum, cum donatiui partem milites accepissent. An mediocris
animi est his potius repraesentare quibus magis negari potest?
quamquam in hac quoque diuersitate aequalitatis ratio seruata
est. Aequati sunt enim populo milites eo quod partem, sed
priores, populus militibus quod posterior, sed totum statim
accepit. Enimuero qua benignitate diuisum est! quantaeque 3
tibi curae fuit ne quis expers liberalitatis tuae fieret! Datum
est his qui post edictum tuum in locum erasorum subditi
fuerant, aequatique sunt ceteris illi etiam quibus non erat
promissum. Negotiis aliquis, ualetudine alius, hic mari, ille 4
fluminibus distinebatur: expectatus est, prouisumque ne quis
aeger, ne quis occupatus, ne quis denique longe fuisset: ueniret
quisque, cum uellet, ueniret quisque, cum posset. Magnificum, 5

4 princeps A | 7 ipsos] priores Baehr., illos Schenkl, ipsos <illos> Burkhard, omnes frustra | 8 ista w, ita M | confusa privatis vestigia Freinsheim, alii alia, frustra | 10 Nec X | 15 <haud>tanta Baehr. | non videantur Novák, contra loci sententiam cf. Burkhard p. 166 | 20 aequatu A | 21 priores corr. u[1], prior est M | 23 tibi curae AH, curae tibi X | 23 datum et (vel etiam) his Schnelle praeter necessitatem | 27 distinabatur A | 28 ne quis occupatus, ne quis aeger Schnelle concinnitatis causa, sed cf. e. g. Ep. VIII 23.7; IX 17.1—2.



Caesar, et tuum disiunctissimas terras munificentiae ingenio c. 24.4—
uelut admouere immensaque spatia liberalitate contrahere,
intercedere casibus, occursare fortunae atque omni ope adniti
ne quis e plebe Romana dante congiarium te hominem se
magis sentiret fuisse quam ciuem.

26. Aduentante congiarii die obseruare principis egressum
in publicum, insidere uias examina infantium futurusque populus
solebat. Labor parentibus erat ostentare paruulos impositosque
ceruicibus adulantia uerba blandasque voces edocere: reddebant 2
illi quae monebantur, ac plerique irritis precibus surdas prin-
cipis aures obstrepebant ignarique quid rogassent, quid non
impetrassent, donec plane scirent, differebantur. Tu ne rogari 3
quidem sustinuisti et, quamquam laetissimum oculis tuis esset
conspectu Romanae sobolis impleri, omnes tamen, antequam
te uiderent adirentue, recipi incidi iussisti, ut iam inde ab
infantia parentem publicum munere educationis experirentur,
crescerent de tuo qui crescerent tibi alimentisque tuis ad
stipendia tua peruenirent tantumque omnes uni tibi quantum
parentibus suis quisque deberent. Recte, Caesar, quod spem 4
Romani nominis sumptibus tuis suscipis. Nullum est enim
magno principe immortalitatemque merituro impendii genus
dignius quam quod erogatur in posteros. Locupletes ad tollen- 5
dos liberos ingentia praemia et pares poenae cohortantur,
pauperibus educandi una ratio est bonus princeps. Hic fiducia 6
sui procreatos nisi larga manu fouet auget amplectitur, occasum
imperii, occasum rei publicae accelerat frustraque proceres plebe
neglecta, ut defectum corpore caput nutaturumque instabili
pondere, tuetur. Facile est coniectare quod perceperis gaudium, 7
cum te parentum liberorum senum infantium clamor exciperet.

6 adventante antea Schaefer, ante te adventante Keil, sed cf. Burkhard p. 171 | 10 at Gesner, atqui Baehrens | precibus corr. dett., precipibus M (principibus A) | 11 obstrepebant w, adstrepebant M, quod frustra defendit Strömberg | erogassent Schenkl male: pueri enim adhuc nesciebant quid a se rogatum sibi negaretur et differebantur donec iudicio praediti quid rogassent scirent eodemque iudicio se non impetrasse intellegerent | 16 parentem corr. Med., parentum M | 19 deberet X | 22 at tollendos A | 27 desectum edd. cum C male | 29 puerorum post infantium male add. X, cf. Praef. p. 26.

Haec prima paruulorum ciuium uox aures tuas imbuit, quibus
tu daturus alimenta hoc maximum praestitisti ne rogarent.

27. Super omnia est tamen quod talis es ut sub te liberos
tollere libeat expediat. Nemo iam parens filio nisi fragilitatis
humanae uices horret, nec inter insanabiles morbos principis
ira numeratur. Magnum quidem est educandi incitamentum
tollere liberos in spem alimentorum, in spem congiariorum,
maius tamen in spem libertatis, in spem securitatis. Atque 2
adeo nihil largiatur princeps, dum nihil auferat, non alat, dum
non occidat; nec deerunt qui filios concupiscant. Contra lar-
giatur et auferat, alat et occidat: ne ille in [tam] breui tempore
effecerit ut omnes non posterorum modo sed sui parentumque
paeniteat. Quocirca nihil magis in tota tua liberalitate laudauerim 3
quam quod congiarium das de tuo, alimenta de tuo, neque a
te liberi ciuium, ut ferarum catuli, sanguine et caedibus nutri-
untur; quodque gratissimum est accipientibus, sciunt dari sibi 4
quod nemini est ereptum, locupletatisque tam multis paupe-
riorem esse factum principem tantum, quamquam ne hunc
quidem. Nam cuius est quicquid est omnium, tantum ipse
quantum omnes habet.

28. Alio me uocat numerosa gloria tua. Alio autem? quasi
uero iam satis ueneratus miratusque sim quod tantam pecuniam
profudisti, non ut flagitii tibi conscius ab insectatione eius
auerteres famam nec ut tristes hominum maestosque sermones
laetiore materia detineres. Nullam congiario culpam, nullam 2
alimentis crudelitatem redemisti, nec tibi bene faciendi fuit
causa ut quae male feceras impune fecisses. Amor impendio
isto, non uenia quaesita est, populusque Romanus obligatus a
tribunali tuo, non exoratus recessit. Obtulisti enim congiarium 3
gaudentibus gaudens securusque securis; quodque antea principes
ad odium sui leniendum tumentibus plebis animis obiectabant,
id tu tam innocens populo dedisti quam populus accepit. Paulo 4

1 imbuit w, imbutus M | 11 in brevi tempore Novák, in tam brevi tempore M, etiam cet. Schwarz, iam Gesner, quam Buchner, mihi iam Baehrens, ita Behr., idem Mueller, id tantum Kukula | 13 tua tota X, unde alii alia, frustra | 18 esse factum esse A | quamquam om. A | nec X | 19 civis est quicquam A | 23 tui A | 25 laetiora A.



minus, patres conscripti, quinque milia ingenuorum fuerunt c. 26.7
quae liberalitas principis nostri conquisiuit, inuenit, adsciuit.
Hi subsidium bellorum, ornamentum pacis publicis sumptibus 5
aluntur patriamque non ut patriam tantum uerum ut altricem
amare condiscunt. Ex his castra, ex his tribus replebuntur,
ex his quandoque nascentur quibus alimentis opus non sit.
Dent tibi, Caesar, aetatem di quam mereris seruentque ani- 6
mum quem dederunt: et quanto maiorem infantium turbam
iterum atque iterum iubebis incidi! Augetur enim cotidie et 7
crescit, non quia cariores parentibus liberi, sed quia principi
ciues. Dabis congiaria, si uoles; praestabis alimenta, si uoles:
illi tamen propter te nascuntur.

29. Instar ego perpetui congiarii reor affluentiam annonae.
Huius aliquando cura Pompeio non minus addidit gloriae quam
pulsus ambitus campo, exactus hostis mari, oriens triumphis
occidensque lustratus. Nec uero ille ciuilius quam parens noster 2
auctoritate consilio fide reclusit uias, portus patefecit, itinera
terris, litoribus mare, litora mari reddidit diuersasque gentes
ita commercio miscuit ut, quod genitum esset usquam, id apud
omnes natum uideretur. Nonne cernere datur ut sine ullius 3
iniuria omnis usibus nostris annus exuberet? Quippe non ut
ex hostico raptae perituraeque in horreis messes nequicquam
quiritantibus sociis auferuntur. Deuehunt ipsi quod terra genuit, 4
quod sidus aluit, quod annus tulit, nec nouis indictionibus pressi
ad uetera tributa deficiunt. Emit fiscus quidquid uidetur emere.
Inde copiae, inde annona de qua inter licentem uendentemque 5
conueniat, inde hic satietas nec fames usquam.

30. Aegyptus alendis augendisque seminibus ita gloriata est
ut nihil imbribus caeloque deberet; siquidem proprio semper
amne perfusa nec alio genere aquarum solita pinguescere quam

3 hi corr. X, hiis AH | 9 videbis Kukula cum dett., male cf. c. 26.3 | 13 reor corr. dett., reos M | 17 <itineribus terras> itin. terris Mommsen | 18 [litoribus mare] Suster, [litora mari] Schnelle, sed cf. Praef. p. 69 | 20 esse videretur male X, cf. Praef. p. 26,43 | 21 annus corr. dett., amnis M | 23 queritantibus X | 25 iubetur emere Livineius, venditur Stangl: de quo tantum dici potest fiscum emere videri, id revera emit; quicquam videtur A | 28 agendisque A.

quas ipsa deuexerat tantis segetibus induebatur ut cum fera-
cissimis terris quasi numquam cessura certaret. Haec inopina 2
siccitate usque <in> iniuriam sterilitatis exaruit, quia piger
Nilus cunctanter alueo sese ac languide extulerat, ingentibus
ille quidem tunc quoque fluminibus, fluminibus tamen confe-
rendus. Hinc pars magna terrarum mergi repararique amne 3
consueta alto puluere incanduit. Frustra tunc Aegyptus nubila
optauit caelumque respexit, cum ipse fecunditatis parens con-
tractior et exilior isdem ubertatem eius angustiis quibus abun-
dantiam suam cohibuisset. Neque enim solum uagus ille, 4
<cum> expandatur, amnis intra usurpata semper collium sub-
stiterat atque haeserat, sed supino etiam ac detinenti solo non
placido se mollique lapsu refugum abstulerat necdum satis
umentes terras addiderat arentibus. Igitur inundatione id est 5
ubertate regio fraudata sic opem Caesaris inuocauit ut solet
amnem suum; nec longius illi aduersorum fuit spatium quam
dum nuntiat. tam uelox, Caesar, potestas tua est tamque in
omnia pariter intenta bonitas et accincta ut tristius aliquid
saeculo tuo passis ad remedium salutemque sufficiat ut scias.

31. Omnibus equidem gentibus fertiles annos gratasque terras
precor; crediderim tamen per hunc Aegypti statum tuas fortunam
uires experiri tuamque uigilantiam spectare uoluisse. Nam cum
omnia ubique secunda merearis, nonne manifestum est, si quid

1 ipse X | 3 usque in corr. dett., usque M | 5 ille quidem tunc quoque Keil, quidem tu ne quoque ille M quod Samuelson Eranos 1908 Über den pleonastischen Gebrauch von 'ille' p. 50 sqq. propter nonnullos locos Ciceronianos, ubi 'ille' post 'quidem' positum est, retinet, recte? | 5 fluminibus tamen delet Suster, sed cf. e. g. c. 24.4 | 6 mergi repararique corr. ς, mergere pararique M | 7 frustraque A | 9 ubertatem eius Baehr., ubertatis eius M, ubertatem eius anni (anni ς) edd. | 11 cum add. w, om. M | expanditur w edd., sed cf. Hale the 'cum' constructions cet. Studies in Classical Philology I p. 239 sq., qui ipse dubitat, sed cf. Cic. Acad. II 5.14; Varro R. R. 3.16.9 | inter A | usurpata semper vallium Baehrens, usurpatam saepem collium Madv., us. semp. coll. <valla> Kuk., sed usurpata collium nimirum partes inferiores, inter colles summos sitae, sunt | 12 non ante detinenti posuit Baehrens, declivi Mueller, uterque minus recte: etiam de solo lenissimo fastigio aquam aliquatenus detinente rapide defluens aqua pingitur | 13 refugus Baehrens, refugium A | 17 tum A | potentia X | 19 possis A | 22 spectare corr. a, exspectare M.



aduersi cadat, tuis laudibus tuisque uirtutibus materiam cam- c. 30.1—3
pumque praesterni, cum secunda felices, aduersa magnos pro-
bent? Percrebuerat antiquitus urbem nostram nisi opibus 2
Aegypti ali sustentarique non posse. Superbiebat uentosa et
insolens natio quod uictorem quidem populum pasceret tamen
quodque in suo flumine, in suis navibus uel abundantia nostra
uel fames esset. Refudimus Nilo suas copias: recepit frumenta 3
quae miserat deportatasque messes reuexit. Discat igitur
Aegyptus credatque experimento non alimenta se nobis sed
tributa praestare: sciat se non esse populo Romano necessariam
et tamen seruiat. Post haec, si uolet, Nilus amet alueum 4
suum et fluminis modum seruet: nihil hoc ad urbem ac ne ad
Aegyptum quidem, nisi ut inde nauigia inania et uacua et
similia redeuntibus, hinc plena et onusta et qualia solent uenire
mittantur conuersoque munere maris hinc potius uenti feren-
tes et breuis cursus optentur. Mirum, Caesar, uideretur, si 5
desidem Aegyptum cessantemque Nilum non sensisset urbis
annona; quae tuis opibus, tua cura usque illuc redundauit ut
simul probaretur et nos Aegypto posse et nobis Aegyptum
carere non posse. Actum erat de fecundissima gente, si libera 6
fuisset; pudebat sterilitatis insolitae, nec minus erubescebat
fame qua torquebatur, cum pariter a te necessitatibus eius
pudorique subuentum est. Stupebant agricolae plena horrea
quae non ipsi refersissent, quibus de campis illa subuecta
messis quaue in Aegypti parte alius amnis. Ita beneficio tuo
nec maligna tellus et obsequens Nilus Aegypto quidem saepe,
sed gloriae nostrae numquam largior fluxit.

32. Quam nunc iuuat prouincias omnes in fidem nostram
dicionemque uenisse, postquam contigit princeps qui terrarum
fecunditatem nunc huc nunc illuc, ut tempus et necessitas
posceret, transferret referretque, qui diremptam mari gentem
ut partem aliquam populi plebisque Romanae aleret ac tueretur!
Et caelo quidem numquam benignitas tanta ut omnes simul 2

2 prosterni X | 6 navibus w, manibus M | 12 ad post. om. A | 17 urbis corr. dett., turbis M | 21 sterilitas A | 22 qua torquebatur ACWP cett. (i. e. AX) quam torquebatur HBV, | 31 diremptam corr. dett., direptam M.

terras uberet foueatque: hic omnibus pariter, si non sterilita-
tem, at mala sterilitatis exturbat, hic, si non fecunditatem, at
bona fecunditatis importat, hic alternis commeatibus orientem
occidentemque conectit, ut, quae ferunt quaeque expetunt,
omnes gentes discant invicem, capiant quanto libertati discordi
seruientibus sit utilius unum esse cui seruiant. Quippe discretis 3
quidem bonis omnium sua cuiusque ad singulos mala, sociatis
autem atque permixtis singulorum mala ad neminem, ad omnes
omnium bona pertinent. Sed siue terris diuinitas quaedam siue
aliquis amnibus genius, et solum illud et flumen ipsum precor
ut hac principis benignitate contentum molli gremio semina
recondat, multiplicata restituat. Non quidem reposcimus fenus: 4
putet tamen esse soluendum fallacemque unius anni fidem
omnibus annis omnibusque postea saeculis tanto magis quia
non exigimus excuset.

33. Satis factum qua ciuium qua sociorum utilitatibus.
Visum est spectaculum inde non enerue nec fluxum nec quod
animos uirorum molliret et frangeret, sed quod ad pulchra
uulnera contemptumque mortis accenderet, cum in seruorum
etiam noxiorumque corporibus amor laudis et cupido uictoriae
cerneretur. Quam deinde in edendo liberalitatem, quam iusti- 2
tiam exhibuit omni affectione aut intactus aut maior! Impe-
tratum est quod postulabatur, oblatum quod non postulabatur.
Institit ultro et ut concupisceremus admonuit, ac sic quoque
plura inopinata, plura subita. Iam quam libera spectantium 3
studia, quam securus fauor! Nemini impietas, ut solebat,
obiecta quod odisset gladiatorem, nemo e spectatore spectacu-
lum factus miseras uoluptates unco et ignibus expiauit. Demens 4

1 ubertet ς edd., sed cf. Praef. p. 78 | 2 at corr. dett., atque M | sterilitas A | 3 alternis Lipsius, aeternis M | 4 connectat A | 5 omnes edd., opes M, feruntur quaeq. expetuntur opes inv. cap. g. <et> disc. Keil, f. quaeq. exportant orae, inv. cap. gent. discantque Baehr., inv. cap. <et> disc. Schwarz, alii alia; de invicem cf. c. 62.4; expiant A | quanta A | libertati Gesner, libertate M lib. disc. ruentibus Mommsen | 7 societatis A | 9 omnia X | 12 recondant A | 19 accederet A | 27 e spectatore spectaculum Livineius, exspectator exspectaculum M.



ille uerique honoris ignarus qui crimina maiestatis in harena c. 32.2—
colligebat ac se despici et contemni, nisi etiam gladiatores eius
ueneraremur, sibi male dici in illis, suam diuinitatem, suum
numen uiolari interpretabatur, cumque se idem quod deos,
idem gladiatores quod se putabat.

34. At tu, Caesar, quam pulchrum spectaculum pro illo nobis
execrabili reddidisti! uidimus delatorum inductum quasi gras-
satorum, quasi latronum. Non solitudinem illi, non iter, sed
templum, sed forum insederant: nulla iam testamenta secura,
nullus status certus: non orbitas, non liberi proderant. Auxerat 2
hoc malum principum auaritia: aduertisti oculos atque ut ante
castris ita postea pacem foro reddidisti; excidisti intestinum
malum et prouida seueritate cauisti ne fundata legibus ciuitas
euersa legibus uideretur. Licet ergo cum fortuna tum libera- 3
litas tua uisenda nobis praebuerit, ut praebuit, nunc ingentia
robora uirorum et pares animos, nunc immanitatem ferarum
nunc mansuetudinem incognitam, nunc secretas illas et arcanas
ac sub te primum communes opes; nihil tamen gratius, nihil
saeculo dignius quam quod contigit desuper intueri delatorum
supina ora retortasque ceruices. Agnoscebamus et fruebamur, 4
cum uelut piaculares publicae sollicitudinis uictimae supra
sanguinem noxiorum ad lenta supplicia grauioresque poenas
ducerentur. Congesti sunt in nauigia raptim conquisita ac 5
tempestatibus dediti: abirent, fugerent uastatas delationibus
terras; ac si quem fluctus ac procellae scopulis reseruassent,
hic nuda saxa et inhospitale litus incoleret, ageret duram et
anxiam uitam relictaque post tergum totius generis humani
securitate maereret.

35. Memoranda facies, delatorum classis permissa omnibus
uentis coactaque uela tempestatibus pandere iratosque fluctus
sequi, quoscumque in scopulos detulissent. Iuuabat prospectare
statim a portu sparsa nauigia et apud illud ipsum mare agere

1 harena corr. dett., ha re M | 6 ac tu A | 7 iudicium dett. edd. cf. Praef. p. 27 | 8 non iter Cusp., noviter M | 10 nullius H | 11 principum edd. ant., partim M, participum Kuk., lacunam indicat Keil | aversti A | 25 fructus A | 26 unda A | 27 postergum A | 31 prospectarestatimaportusparsa M, corr. dett. | 32 illud w, illum M.

principi gratias qui clementia sua salua ultionem hominum
terrarumque dis maris commendasset. Quantum diuersitas 2
temporum posset tum maxime cognitum est, cum isdem quibus
antea cautibus innocentissimus quisque tunc nocentissimus
affigeretur cumque insulas omnes, quas modo senatorum, iam
delatorum turba compleret; quos quidem non in praesens tan-
tum sed in aeternum repressisti mille poenarum indagine
inclusos. Ereptum alienas pecunias eunt; perdant quas habent; 3
expellere penatibus gestiunt: suis exturbentur neque, ut antea,
exsanguem illam et ferream frontem nequiquam conuulneran-
dam praebeant punctis et notas suas rideant, sed expectent
paria praemio damna nec maiores spes quam metus habeant
timeantque quantum timebantur. Ingenti quidem animo diuus 4
Titus securitati nostrae ultionique prospexerat ideoque numini-
bus aequatus est: sed quanto tu quandoque dignior caelo, qui
tot res illis adiecisti propter quas illum deum fecimus! Id
hoc magis arduum fuit quod imperator Nerua te filio, te
successore dignissimus perquam magna quaedam edicto Titi
adstruxerat nihilque reliquisse nisi tibi uidebatur, qui tam multa
excogitasti, ut si ante te nihil esset inuentum; quae singula
quantum tibi gratiae dispensata adiecissent! At tu simul omnia 5
profudisti, ut sol et dies non parte aliqua sed statim totus,
nec uni aut alteri sed omnibus in commune profertur.

36. Quam iuuat cernere aerarium silens et quietum et quale
ante delatores erat! Nunc templum illud, nunc uere aedes,
non spoliarium ciuium cruentarumque praedarum saeuum recep-
taculum ac toto in orbe terrarum adhuc locus unus in quo
optimo principe boni malis impares essent. Manet tamen honor 2
legum, nihilque ex publica utilitate conuulsum, nec poena
cuiquam remissa, sed addita est ultio, solumque mutatum
quod iam non delatores, sed leges timentur. At fortasse non 3
eadem seueritate fiscum qua aerarium cohibes; immo tanto

---

11 expectent Schwarz, spectent M (spectant A) | 16 illis Lipsius, illi M | illum w, alium M | 17 imperialis A, cf. Praef. p. 27 | 18 edicti A, cf. Praef. p. 27 | 21 actu A | 22 profudisti edd., perfudisti M | 25 aedes Gronovius obs. IV 16, deus M, decus coni. B[1], Kuk., dei sedes Schwarz, alii alia | 31 ac A.



maiore quanto plus tibi licere de tuo quam de publico credis.
Dicitur actori atque etiam procuratori tuo 'in ius ueni, sequere
ad tribunal'. Nam tribunal quoque excogitatum principatui est 4
par ceteris, nisi illud litigatoris amplitudine metiaris. Sors et
urna fisco iudicem assignat; licet reicere, licet exclamare 'hunc
nolo, timidus est et bona saeculi parum intellegit; illum uolo
qui Caesarem fortiter amat'. Eodem foro utuntur principatus
et libertas; quae praecipua tua gloria est, saepius uincitur
fiscus, cuius mala causa numquam est nisi sub bono principe.
Ingens hoc meritum, maius illud quod eos procuratores habes 5
ut plerumque ciues tui non alios iudices malint. Liberum est
autem discrimini suo locum eligere. Neque enim ullam
necessitatem muneribus tuis addis, ut qui scias hanc esse
beneficiorum principalium summam, si illis et non uti licet.

37. Onera imperii pleraque uectigalia instituit ut pro utilitate
communi ita singulorum <cum> iniuriis coegerunt. His uicesima
reperta est, tributum tolerabile et facile heredibus dumtaxat
extraneis, domesticis graue. Itaque illis irrogatum est, his 2
remissum, uidelicet quod manifestum erat quanto cum dolore
laturi seu potius non laturi homines essent destringi aliquid et
abradi bonis quae sanguine, gentilitate, sacrorum denique
societate meruissent quaeque numquam ut aliena et speranda,
sed ut sua semperque possessa ac deinceps proximo cuique
transmittenda cepissent. Haec mansuetudo legis ueteribus 3
ciuibus seruabatur: noui, seu per Latium in ciuitatem seu
beneficio principis uenissent, nisi simul cognationis iura im-
petrassent, alienissimi habebantur quibus coniunctissimi fuerant.
Ita maximum beneficium uertebatur in grauissimam iniuriam, 4

---

3 principatui Lipsius, cruciatum M | 6 volo] nolo dett. Sauppe Phil. XXX 136 male, nam fortiter amare significat: nostra libertate vindicata amare ita ut obloqui quoque audeamus | 8 quaeque Lipsius sine causa | 12 discrimini suo locum eligere Madvig, discriminis volo cum eligere M, discr. 'nolo eum el.' vulgo | 16 <cum> add. Baehr., om. M, <sine> ante singulorum add. Madvig, male, ut tota totius capitis sententia indicat, cf. etiam v. 28 | coegerunt his Cataneus, cogerentur his M, coegerunt in his Keil (coegere Baehrens), coegere inter ista Schnelle, cf. Burkhard p. 174: plena tantum forma recte se habet | 25 seu placium A | 26 imperassent A.

ciuitasque Romana instar erat odii et discordiae et orbitatis,
cum carissima pignora salua ipsorum pietate distraheret.
Inueniebantur tamen quibus tantus amor nominis nostri ut 5
Romanam ciuitatem non uicesimae modo uerum etiam affini-
tatum damno bene compensari putarent; sed his maxime debebat
gratuita contingere a quibus tam magno aestimabatur. Igitur 6
pater tuus sanxit ut quod ex matris ad liberos, ex liberorum
bonis peruenisset ad matrem, etiamsi cognationum iura non
recepissent, cum ciuitatem adipiscerentur, eius uicesimam ne
darent. Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, 7
si modo reductus esset in patris potestatem, ratus improbe et
insolenter ac paene impie his nominibus inseri publicanum nec
sine piaculo quodam sanctissimas necessitudines uelut inter-
cedente uicesima scindi, nullum tanti esse uectigal quod liberos
ac parentes faceret extraneos.

38. Hactenus ille, parcius fortasse quam decuit optimum
principem, sed non parcius quam optimum patrem, qui adop-
taturus hoc quoque parentis indulgentissimi fecit quod delibasse
quaedam seu potius demonstrasse contentus largam ac prope
intactam bene faciendi materiam filio reseruauit. Statim ergo 2
muneri eius liberalitas tua astruxit ut, quemadmodum in
patris filius, sic in hereditate filii pater esset immunis nec
eodem momento quo pater esse desisset hoc quoque amitteret
quod fuisset. Egregie, Caesar, quod lacrimas parentum uecti- 3
gales esse non pateris. Bona filii pater sine deminutione
possideat nec socium hereditatis accipiat qui non habet luctus;
nemo recentem et attonitam orbitatem ad computationem uocet
cogatque patrem quid reliquerit filius scire. Augeo, patres 4
conscripti, principis munus, cum ostendo liberalitati eius inesse
rationem. Ambitio enim et iactantia et effusio et quiduis potius
quam liberalitas existimanda est cui ratio non constat. Dignum 5

2 carissime corr. dett., garissime M | salvo A | 3 post nostri dett. BCV, edd. inesset add. male, cf. Lagergreen p. 41 sq. | 9 adipiscerentur corr. X, apiscerentur AH | 17 optimum ante adoptaturus add. Catanaeus sine causa | 18 delibasse Beroaldus, deliberasse M | 23 desisset w, dedisset M | 25 diminutione X | 31 quam delere mavult Baehrens.



ergo, imperator, mansuetudine tua minuere orbitatis iniurias c. 37.4—3
nec pati quemquam filio amisso insuper affici alio dolore. Sic
quoque abunde misera res est pater filio solus heres: quid, si
coheredem non a filio accipiat? Adde quod, cum diuus Nerua 6
sanxisset ut in paternis bonis liberi necessitate uicesimae solue-
rentur, congruens erat eandem immunitatem parentes in libe-
rorum bonis obtinere. Cur enim posteris amplior honor quam 7
maioribus haberetur curue non retro quoque recurreret aequitas
[non] eadem? Tu quidem, Caesar, illam exceptionem remouisti 'si
modo filius in potestate patris fuisset', intuitus, opinor, uim
legemque naturae, quae semper in dicione parentum esse liberos
iussit nec uti inter pecudes sic inter homines potestatem et
imperium ualentioribus dedit.

39. Nec uero contentus primum cognationis gradum abstu-
lisse uicesimae secundum quoque exemit cauitque ut in sororis
bonis frater et contra in fratris soror, utque auus <et> auia
in neptis nepotisque et inuicem illi seruarentur immunes. His 2
quoque quibus per Latium civitas Romana patuisset idem in-
dulsit omnibusque inter se cognationum iura commisit simul
et pariter et more naturae, quae priores principes a singulis
rogari gestiebant non tam praestandi animo quam negandi.
Ex quo intellegi potest quantae benignitatis, quanti spiritus 3
fuerit sparsas atque, ut ita dicam, laceras gentilitates colligere
atque conectere et quasi renasci iubere; deferre quod negabatur
atque id praestare cunctis quod saepe singuli non impetrassent,
postremo ipsum sibi eripere tot beneficiorum occasiones, tam
numerosam obligandi imputandique materiam. Indignum, credo, 4
ei uisum ab homine peti quod <di> dedissent. Soror estis
et frater, auus et nepotes: quid est ergo cur rogetis ut sitis?
Vobis estis quibus pro cetera sua moderatione non minus

1 munere A | 5 patrinis A | 7 cur enim edd., cur ei in M | 8 non om. edd., aequitas? an non eadem? Baehrens, sed clausula obstat | 10 patris fuisset corr. X, fuisset patris AH | 16 et add. ς, om. M | 19 permisit Schwarz, concessit Keil | 19 simul corr. dett., semel M | 28 di add. w, om. M, dedidissent H | soror Livineius, sorores M | 30 vobis estis quibus Kukula, vobis estis qui M, vobis estis. Quippe Keil, vobis adest is qui Baehr., testis vobis est is qui? Mueller.

inuidiosum putat dare hereditatem quam auferre. Laeti ergo 5 adite honores, capessite ciuitatem: neminem hoc necessitudinis abruptum uelut truncum amputatumque destituet: isdem omnes quibus ante pignoribus, sed honestiores perfruentur. Ac ne remotioris quidem iamque deficientis affinitatis gradus a qualibet quantitate uicesimam ut prius inferre cogentur. Statuit enim communis omnium parens summam quae publicanum pati posset.

40. Carebit onere uicesimae parua et exilis hereditas et, si ita gratus heres uolet, tota sepulcro, tota funeri seruiet: nemo obseruator, nemo castigator assistet. Cuicumque modica pecunia ex hereditate alicuius obuenerit, securus habeat quietusque possideat. Ea lex uicesimae dicta est ut ad periculum eius peruenire 2 nisi opibus non possit. Conuersa est iniquitas in gratulationem, iniuria in uotum: optat heres ut uicesimam debeat. Additum 3 est ut qui ex eiusmodi causis in diem edicti uicesimam deberent, nondum tamen intulissent, non inferrent. At in praeteritum subuenire ne di quidem possunt: tu tamen subuenisti cauistique ut desineret quisque debere quod <non> esset postea debiturus, id est, effecisti ne malos principes habuissemus. Quo 4 ingenio, si natura pateretur, quam libenter tot spoliatis, tot trucidatis bona et sanguinem refudisses! Vetuisti exigi quod 5 deberi non tuo saeculo coeperat. Alius ut contumacibus irasceretur tarditatemque soluendi dupli uel etiam quadrupli irrogatione multaret: tu nihil referre iniquitatis existimas, exigas quod deberi non oportuerit an constituas ut debeatur.

41. Feres, Caesar, curam et sollicitudinem consularem. Nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse, donatiuum reddidisse, congiarium obtulisse, delatores abegisse, uectigalia tem-

2 necessitudinibus Madvig sine necessitate | 5 remotioris A, remotiorius H, remotius X | 6 ut prius om. X | 8 posset corr. ς, possit M | 10 servet X | 11 cuicumque Schwarz, cuiuscumque M | modica w, modi ea M | 12 alicuius hereditate A | 16 ex eiusmodi causis AH, eiusmodi ex causis X | 18 possint A | 19 desineres A | 19 <non> add. edd., om. M | 20 id est Livineius, idem M | 22 bona et sanguinem AH, sanguinem et bona X, cf. Praef. p. 43 | 24 vel et X.



perasse, interrogandus uideris satisne computaueris imperii c. 39.4 reditus. An tantas uires habet frugalitas principis ut tot impendiis, tot erogationibus sola sufficiat? Nam quid est causae 2 cur aliis quidem, cum omnia raperent et rapta retinerent, ut si nihil rapuissent, nihil retinuissent defuerint omnia, tibi, cum tam multa largiaris et nihil auferas, ut si nihil largiaris et auferas <omnia>, omnia supersint? Numquam principibus 3 defuerunt qui fronte tristi et graui supercilio utilitatibus fisci contumaciter adessent. Et erant principes ipsi sua sponte auidi et rapaces et qui magistris non egerent; plura tamen semper a nobis contra nos didicerunt. Sed ad tuas aures cum ceteris omnibus tum uel maxime auaris adulationibus obstructus est aditus. Silent ergo et quiescunt, et, postquam non est cui 4 suadeatur, qui suadeant non sunt. Quo euenit ut, cum plurimum tibi pro tuis, plus tamen pro nostris moribus debeamus.

42. Locupletabant et fiscum et aerarium non tam Uoconiae et Iuliae leges quam maiestatis singulare et unicum crimen eorum qui crimine uacarent. Huius tu metum penitus sustulisti contentus magnitudine, qua nulli magis caruerunt quam qui sibi maiestatem uindicabant. Reddita est amicis fides, liberis 2 pietas, obsequium seruis: uerentur et parent et dominos habent. Non enim iam serui nostri principis amici, sed nos sumus, nec 3 pater patriae alienis se mancipiis cariorem quam ciuibus suis credit. Omnis accusatore domestico liberasti unoque salutis publicae signo illud, ut sic dixerim, seruile bellum sustulisti. In quo non minus seruis quam dominis praestitisti; nos enim securos, illos bonos fecisti. Non uis in te ea laudari, nec for- 4 tasse laudanda sint: grata sunt tamen recordantibus principem illum in capita dominorum seruos subornantem monstrantemque crimina quae tamquam delata puniret: magnum et ineuitabile ac totiens cuique experiendum malum quotiens quisque similes principi seruos haberet.

43. In eodem genere ponendum est quod testamenta nostra

2 fragilitas X | 5 nihil retinuissent om. X | 7 <omnia> omnia Schwarz, omnia M | 17 crimen] tamen A | 24 accusatore corr. dett., accusator e M | 27 in te ea Keil, in terra M.

secura sunt, nec unus omnium, nunc quia scriptus, nunc quia
non scriptus, heres. Non tu falsis, non tu iniquis tabulis
aduocaris. Nullius ad te iracundia, nullius impietas, nullius
furor confugit; nec, quia offendit alius, nuncuparis, sed quia
ipse meruisti. Scriberis ab amicis, ab ignotis praeteriris, nihilque 2
inter priuatum et principem interest, nisi quod nunc a pluribus
amaris: nam et plures amas. Tene, Caesar, hunc cursum et 3
probabitur experimento sitne feracius et uberius non ad laudem
modo sed ad pecuniam principi, si herede illo mori homines
uelint quam si cogantur. Donauit pater tuus multa, <multa> 4
et ipse donasti. Cesserit parum gratus: manent tamen hi qui
bonis eius <fruantur>, nihilque ex illis ad te nisi gloria redit.
Nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus
facit. Sed quis ante te laudem istam pecuniae praetulit? quotus 5
quisque principum ne id quidem in patrimoniis nostris suum
duxit quod esset de suo? Nonne ut regum ita Caesarum munera
illitos cibis hamos, opertos praeda laqueos aemulabantur, cum
priuatis facultatibus uelut hausta et implicita retro secum,
quicquid attigerant, referrent?

44. Quam utile est ad usum secundorum per aduersa uenisse!
Vixisti nobiscum, periclitatus es, timuisti, quae tunc erat in-
nocentium uita. Scis et expertus es quanto opere detestentur
malos principes etiam qui malos faciunt. Meministi quae optare
nobiscum, quae sis queri solitus. Nam priuato iudicio principem 2
geris, meliorem immo te praestas quam tibi alium precabare.

---

8 probiter (probetur) X | 9 mori homines AH, homines mori X | 10 multa add. Ernestius | 11 decesserit Madvig, cesserint parum gratis Livineius, ceperit parum gratus Lipsius, sed. cf. Tac. Hist. II 55, Wölfflin Phil. XXVI 116: totius loci haec est sententia: etiam si quis usque ad mortem ingratus fuerit, heredes tamen (aliquanto gratiores) bonis eius grato fruentur animo; praeterea eo ipso, quod usque ad mortem ingratus est quis , gloriam tu adipisceris, quoniam liberalitatem cet. | 12 <fruantur> add. Cataneus, <aeque in> bonis eius Mommsen, <digni> bonis eius Baehrens | 15 principum corr. X, principium AH | 17 cibos A | 18 fautores post velut add. Baehrens sine causa | 18 multiplicata X cf. Praef. p. 28, unde male Livineius, aliique aucta et multiplicata | 23 aptare A | 24 iam Madvig minus recte: meministi quae nobiscum optare solitus sis, quod nobis apparet ex eo, quod privati iudicio principem geris | privati Lipsius



Itaque sic imbuti sumus ut, quibus erat summa uotorum melior c. 43.1
pessimo princeps, iam non possimus nisi optimum ferre. Nemo 3
est ergo tam tui, tam ignarus sui ut locum istum post te con-
cupiscat. Facilius est ut esse aliquis successor tuus possit quam
ut uelit. Quis enim curae tuae molem sponte subeat? quis 4
comparari tibi non reformidet? Expertus et ipse es quam sit
onerosum succedere bono principi, et afferebas excusationem
adoptati. An parua pronaque sunt ad aemulandum quod nemo 5
incolumitatem turpitudine rependit? Salua est omnibus uita
et dignitas uitae, nec iam consideratus et sapiens qui aetatem
in tenebris agit. Eadem quippe sub principe uirtutibus praemia 6
quae in libertate, nec bene factis tantum ex conscientia merces.
Amas constantiam ciuium erectosque ac vividos animos non ut
alii, contundis ac deprimis, sed foues et attollis. Prodest bonos 7
esse, cum sit satis abundeque, si non nocet; his honores, his
sacerdotia, his prouincias offers, hi amicitia tua, hi iudicio
florent. Acuuntur isto integritatis et industriae pretio similes,
dissimiles alliciuntur; nam praemia bonorum malorumque bonos
ac malos faciunt. Pauci adeo ingenio ualent ut non turpe hones- 8
tumque, prout bene aut secus cessit, expetant fugiantue; ceteri,
ubi laboris inertiae, uigilantiae somno, frugalitatis luxuriae merces
datur, eadem ista quibus alios artibus assecutos uident con-
sectantur, qualesque sunt illi, tales esse et uideri uolunt et,
dum uolunt, fiunt.

45. Et priores quidem principes, excepto patre tuo, praeterea
uno aut altero (et nimis dixi), uitiis potius ciuium quam uir-
tutibus laetabantur, primum quod in alio sua quemque natura
delectat, deinde quod patientiores seruitutis arbitrabantur quos

---

2 possimus corr. dett., possumus M | 3 ipsum A | 10 consideratus ac X | 13 erectosque Wassius, rectosque M (rectos A), cf. Praef. p. 23 Epist. IX 26.1—2 | vividos corr. ς, invidos M | 14 attollis corr. X, attolles M | 17 isto Lipsius, isti M | 18 malorumque delet Baehrens, quo deleto ec malis Baehrens, et malos Suster, bonorum malorumque delet Kukula male; subsequentia docent malorumque esse retinendum et brachylogiam ferendam cf. Praef. p. 69 | 20 aut Bentley in Hor. Sat. II 1.31, ac M | expetant corr. X, expetunt AH | 21 fragilitatis A | 27 sua quemque corr. X, sua queque AH | 28 deinde quod Aldus, denique quos M | virtutis A.

non deceret esse nisi seruos. Horum in sinum omnia congere- 2
bant, bonos autem otio ac situ abstrusos et quasi sepultos non
nisi delationibus et periculis in lucem ac diem proferebant. Tu 3
amicos ex optimis, et hercule aequum est esse eos carissimos
bono principi qui invisissimi malo fuerint. Scis, ut sunt diuersa
natura dominatio et principatus, ita non aliis esse principem
gratiorem quam qui maxime dominum grauentur. Hos ergo 4
prouehis et ostentas quasi specimen et exemplar, quae tibi
secta uitae, quod hominum genus placeat; et ideo non censuram
adhuc, non praefecturam morum recepisti, quia tibi beneficiis
potius quam remediis ingenia nostra experiri placet. Et alioqui
nescio an plus moribus conferat princeps qui bonos esse patitur
quam qui cogit. Flexibiles quamcumque in partem ducimur a 5
principe atque, ut ita dicam, sequaces sumus. Huic enim cari,
huic probati esse cupimus, quod frustra sperauerint dissimiles;
eoque obsequii continuatione peruenimus ut prope omnes homines
unius moribus uiuamus. Porro non tam sinistre constitutum est
ut, qui malum principem possumus, bonum non possimus imitari.
Perge modo, Caesar, et uim effectumque censurae tuum propo- 6
situm, tui actus obtinebunt. Nam uita principis censura est
eaque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur, nec
tam imperio nobis opus est quam exemplo. Quippe infidelis
recti magister est metus. Melius homines exemplis docentur,
quae imprimis hoc in se boni habent quod approbant quae
praecipiunt fieri posse.

46. Ecquis terror ualuisset efficere quod reuerentia tui effecit?
Obtinuit aliquis ut spectaculum pantomimorum populus Romanus
tolli pateretur, sed non obtinuit ut uellet: rogatus es tu quod 2
cogebat alius, coepitque esse beneficium quod necessitas fuerat.

2 ac Ernestius, aut M | 4 sumis post optimis add. Keil, legis Cateneus, sed. cf. Lagergreen p. 41 sqq., Kraut p. 47 | hercle A | 5 invisissimi malo Baehr., îmus si in malo H, in nuzis si in malo A, dett. alius aliud | sunt edd., sint M | 13 parten A | 15 speraverint edd., speraverunt M | 16 homines delet Schaefer, recte? omnes hominis Baehrens | 18 possimus corr. dett, possumus M | 22 nobis om. A | 23 exemplo A | 26 Ecquis ego, et quis M cf. c. 25.1; 49.3; 54.1 | efficit A



Neque enim a te minore concentu ut tolleres pantomimos quam c. 45.1
a patre tuo ut restitueret exactum est. Utrumque recte; nam 3
et restitui oportebat quos sustulerat malus princeps et tolli
restitutos. In his enim quae a malis bene fiunt hic tenendus
est modus ut appareat auctorem displicuisse, non factum. Idem 4
ergo populus ille, aliquando scaenici imperatoris spectator et
plausor, nunc in pantomimis quoque auersatur et damnat effe-
minatas artes et indecora saeculo studia. Ex quo manifestum 5
est principum disciplinam capere etiam uulgus, cum rem, si
ab uno fiat, seuerissimam fecerint omnes. Macte hac grauitatis
gloria, Caesar, qua consecutus es ut quod antea uis et imperium
nunc mores uocarentur. Castigauerunt uitia sua ipsi qui castigari 6
merebantur, idemque emendatores qui emendandi fuerunt. Itaque
nemo de seueritate tua queritur, et liberum est queri. Sed 7
cum ita comparatum sit ut de nullo minus principe querantur
homines quam de quo maxime licet, tuo in saeculo nihil est
quo non omne hominum genus laetetur et gaudeat. Boni pro- 8
uehuntur, mali, qui est tranquillissimus status ciuitatis, nec
timent nec timentur. Vitiorum paenitentiam expectas, mederis
erroribus, sed implorantibus, omnibusque quos bonos facis hanc
astruis laudem ne coegisse uidearis.

47. Quid? uitam, quid? mores iuuentutis quam principaliter
formas! quem honorem dicendi magistris, quam dignationem
sapientiae doctoribus habes! ut sub te spiritum et sanguinem
et patriam receperunt studia! quae priorum temporum imma-
nitas exiliis puniebat, cum sibi uitiorum omnium conscius
princeps inimicas uitiis artes non odio magis quam reuerentia
relegaret. At tu easdem artes in complexu oculis auribus habes. 2
Praestas enim quaecumque praecipiunt tantumque eas diligis
quantum ab illis probaris. An quisquam studia humanitatis 3
professus non cum omnia tua tum uel in primis laudibus ferat
admissionum tuarum facilitatem? Magno quidem animo parens 4

2 exactum repetit A | 7 adversatur X | 8 saeculi A | 10 a bono Baehr., sed 'uno' opponitur 'omnes' | 12 castigari edd., castigare M 16 tuo corr. ς, tum M | 19 Vitiorum paenitentiam expectas om. X | 20 implorantium Schwarz, sed cf. exempla apud Lagergreen p. 50, quo hic quoque locus referendus est.

tuus hanc ante uos principes arcem publicarum aedium nomine inscripserat; frustra tamen, nisi adoptasset qui habitare ut in publicis posset. Quam bene cum titulo isto moribus tuis con- 5 uenit, quamque omnia sic facis, tamquam non alius inscripserit! Quod enim forum, quae templa tam reserata? Non Capitolium ipsaque illa adoptionis tuae sedes magis publica, magis omnium. Nullae obices, nulli contumeliarum gradus superatisque iam mille liminibus ultra semper aliqua dura et obstantia. Magna 6 ante te, magna post te, iuxta te tamen maxima quies: tantum ubique silentium, tam altus pudor ut ad paruos penates et larem angustum ex domo principis modestiae et tranquillitatis exempla referantur.

48. Ipse autem ut excipis omnes, ut expectas! ut magnam partem dierum inter tot imperii curas quasi per otium transigis! Itaque non anxii et attoniti nec ut periculum capitis adituri tardi ad te, sed securi et hilares cum commodum est conuenimus. Et admittente principe interdum est aliquid quod nos domi quasi magis necessarium teneat: excusati semper tibi nec umquam excusandi sumus. Scis enim sibi quemque praestare quod te uideat, quod frequentet; ac tanto liberalius ac diutius uoluptatis huius copiam praebes. Nec salutationes 2 tuas fuga et uastitas sequitur: remoramur, resistimus ut in communi domo, quam nuper illa immanissima belua plurimo terrore munierat, cum uelut quodam specu inclusa nunc propinquorum sanguinem lamberet, nunc se ad clarissimorum ciuium strages caedesque proferret. Obuersabantur foribus 3 horror et minae et par metus admissis et exclusis: ad hoc ipse occursu quoque uisuque terribilis: superbia in fronte, ira in oculis, femineus pallor in corpore, in ore impudentia multo rubore suffusa. Non adire quisquam, non alloqui audebat tene- 4

3 maioribus A | 9 iuxte te A | 15 anxii Keil, alii M, solliciti Schnelle, albi Madvig, pavidi? Suster, alienati Mueller; allitteratio non est delenda | 16 tardi ad te Lipsius, tarditate M | et cum Keil, sine necessitate | 17 principes A, unde principe si Baehr., sed cf. Praef. p. 28 | 22 ut in communi in domo Schnelle, male, cf. c. 47.4 | 24 terrore munierat] maerore minuerat A | 29 impudentia corr. dett., imprudentia M.



bras semper secretumque captantem nec umquam ex solitudine c. 47.4 sua prodeuntem, nisi ut solitudinem faceret.

49. Ille tamen quibus sibi parietibus et muris salutem suam tueri uidebatur, dolum secum et insidias et ultorem scelerum deum inclusit. Dimouit perfregitque custodias poena angustosque per aditus et obstructos non secus ac per apertas fores et inuitantia limina irrupit; longe tunc illi diuinitas sua, longe arcana illa cubilia saeuique secessus, in quos timore et superbia et odio hominum agebatur. Quanto nunc tutior, quanto securior 2 eadem domus, postquam erus non crudelitatis sed amoris excubiis, non solitudine et claustris sed ciuium celebritate defenditur! Ecquid ergo discimus experimento fidissimam esse 3 custodiam principis innocentiam ipsius? Haec arx inaccessa, hoc inexpugnabile munimentum, munimento non egere. Frustra se terrore succinxerit qui saeptus caritate non fuerit: armis enim arma irritantur. Num autem serias tantum partes dierum 4 in oculis nostris coetuque consumis? non remissionibus tuis eadem frequentia eademque illa socialitas interest? non tibi 5 semper in medio cibus semperque mensa communis? non ex conuictu nostro mutua uoluptas? non prouocas reddisque sermones? non ipsum tempus epularum tuarum, cum frugalitas contrahat, extendit humanitas? Non enim ante medium diem 6 distentus solitaria cena spectator adnotatorque conuiuis tuis immines nec ieiunis et inanibus plenus ipse et ructans non tam apponis quam obicis cibos quos dedigneris attingere aegreque perpessus superbam illam conuictus simulationem rursus te ad clandestinam ganeam occultumque luxum refers. Ergo non 7 aurum nec argentum nec exquisita ingenia cenarum, sed suauitatem tuam iucunditatemque miramur, quibus nulla satietas adest, quando sincera omnia et uera et ornata gravitate. Neque 8 enim aut peregrinae superstitionis ministeria aut obscaena

5 custodes A | 6 non secus aut paupertas A | 7 longeque X edd., sed cf. Praef. p. 27, longo A | 10 post X | erus Lipsius, eius M | crudelitas A | 12 ecquid Livineius, et quid M | 13 innocentiam ipsius AH, ipsius innocentiam X cf. Praef. p. 43 | 13 arx corr. X, arcs AH | 23 advocator A | 24 et ructans Livineius, eructans M | 27 clamdestinam A | nec aurum A.

petulantia mensis principis oberrat, sed benigna inuitatio et
liberales ioci et studiorum honor. Inde tibi parcus et breuis
somnus nullumque amore nostri tempus angustius quam quod
sine nobis agis.

50. Sed cum rebus tuis ut participes perfruamur, quae habe-
mus ipsi quam propria, quam nostra sunt! Non enim extur-
batis prioribus dominis omne stagnum, omnem lacum, omnem
etiam saltum immensa possessione circumuenis, nec unius oculis
flumina montes maria deseruiunt. Est quod Caesar non suum 2
uideat, tandemque imperium principis quam patrimonium maius
est. Multa enim ex patrimonio refert in imperium quae priores
principes occupabant, non ut ipsi fruerentur, sed ne quis alius.
Ergo in uestigia sedesque nobilium immigrant pares domini, 3
nec iam clarissimorum uirorum receptacula habitatore seruo
teruntur aut foeda uastitate procumbunt. Datur intueri pul- 4
cherrimas aedes deterso situ auctas ac uigentes. Magnum hoc
tuum non erga homines modo sed erga tecta ipsa meritum,
sistere ruinas, solitudinem pellere, ingentia opera eodem quo
extructa sunt animo ab interitu uindicare. Muta quidem illa
et anima carentia, sentire tamen et laetari uidentur quod niteant,
quod frequententur, quod aliquando coeperint esse domini scien-
tis. Circumfertur sub nomine Caesaris tabula ingens rerum 5
uenalium; quo fit detestanda auaritia illius qui tam multa con-
cupiscebat, cum haberet superuacua tam multa. Tum exitialis 6
erat apud principem huic laxior domus, illi amoenior uilla; nunc
princeps in haec eadem dominos quaerit, ipse inducit; ipsos
illos magni aliquando imperatoris hortos, illud numquam nisi
Caesaris suburbanum licemur, emimus, implemus. Tanta benig- 7
nitas principis, tanta securitas temporum est ut ille nos princi-
palibus rebus existimet dignos, nos non timeamus, quod esse
digni uidemur. Nec uero emendi tantum ciuibus tuis copiam
praebes, sed amoenissima quaeque largiris et donas; ista, in-

---

9 fontes X | et quod X | 17 mertum A | 20 niteant] intrant A | 23 quo fit Perizonius, quod sit M, quo sit Livineius, sed non ea intentione tabula circumfertur; quas rapuit audacter Kukula coll. c. 41.2 | 25 latior Baehrens sine causa, cf. Velleium II 81 | 31 digne A | tuis om. A | 32 ista Livineius, ita M.





quam, donas in quae electus, in quae adoptatus es: transfers
quod iudicio accepisti ac nihil magis tuum credis quam quod
per amicos habes.

51. Idem tam parcus in aedificando quam diligens in tuendo.
Itaque non, ut ante, immanium transuectione saxorum urbis
tecta quatiuntur; stant securae domus nec iam templa nutantia;
Satis est tibi nimiumque, cum successeris frugalissimo principi; 2
magnum reicere aliquid et amputare ex his quae princeps tam-
quam necessaria reliquit. Praeterea pater tuus usibus suis
detrahebat quae fortuna imperii dederat, tu tuis quae pater.
At quam magnificus in publicum es! Hinc porticus, inde delubra 3
occulta celeritate properantur, ut non consummata sed tantum
commutata uideantur. Hinc immensum latus circi templorum
pulchritudinem prouocat, digna populo uictore gentium sedes
nec minus ipsa uisenda quam quae ex illa spectabuntur, uisenda 4
autem cum cetera specie, tum quod aequatus plebis ac principis
locus, siquidem per omne spatium una facies, omnia continua
et paria, nec magis proprius spectanti Caesari suggestus quam
propria quae spectet. Licebit ergo te ciuibus tuis inuicem con- 5
tueri: dabitur non cubiculum principis sed ipsum principem
cernere in publico, in populo sedentem, populo, cui locorum
quinque milia adiecisti. Auxeras enim numerum eius congiarii
facilitate maioremque in posterum suscipi liberalitatis tuae fide
iusseras.

52. Horum unum si praestitisset alius, iam dudum illi radi-
atum caput et media inter deos sedes auro staret aut ebore
augustioribusque aris et grandioribus uictimis inuocaretur. Tu 2
delubra non nisi adoraturus intras, tibi maximus honor excubare

---

5 inanium X | transvectatione A | 6 nutatantia A | 7 fragilissimo A | 8 magnum <vero> Baehrens, magnum <est> Kukula coll. c. 56.4 et 7, sed hic est antecedit cf. c. 56.7 | recidere Gronovius obs. IV 16, sed cf. Pan. XII 13.2, ubi M recte reiciendo habet | 10 tu tuis quae corr. dett., tuciusque M | 14 sedes corr. dett., sedis M | 18 spectanti Caesari Gesner, spectandi Caesaris M | 19 civibus tuis te inv. cont. Keil, tibi et civ. tuis inv. cont. Baehrens, civ. tuis et invicem Kroll diss. Vrat. 1891 thes. 9 frustra, nam id tantum commemoratur, quod non licebat antea | 26 auro] aut A.

pro templis postibusque praetexi. Sic fit ut di <tibi> summum
inter homines fastigium seruent, cum deorum ipse non appetas.
Itaque tuam statuam in uestibulo Iouis optimi maximi unam 3
alteramue et hanc aeream cernimus. At paulo ante aditus
omnes, omnes gradus totaque area hinc auro, hinc argento
relucebat seu potius polluebatur, cum incesti principis statuis
permixta deorum simulacra sorderent. Ergo istae quidem aereae 4
et paucae manent manebuntque quam diu templum ipsum,
illae autem <aureae> et innumerabiles strage ac ruina publico
gaudio litauerunt. Iuuabat illidere solo superbissimos uultus,
instare ferro, saeuire securibus, ut si singulos ictus sanguis
dolorque sequeretur. Nemo tam temperans gaudii seraeque 5
laetitiae quin instar ultionis uideretur cernere laceros artus,
truncata membra, postremo truces horrendasque imagines obiec-
tas excoctasque flammis ut ex illo terrore et minis in usum
hominum ac uoluptates ignibus mutarentur. Simili reuerentia, 6
Caesar, non apud genium tuum bonitati tuae gratias agi, sed
apud numen Iouis optimi maximi pateris: illi debere nos quic-
quid tibi debeamus, illius quod bene facias muneris esse qui
te dedit. Ante quidem ingentes hostiarum greges per Capito- 7
linum iter, magna sui parte uelut intercepti, deuertere uia coge-
bantur, cum saeuissimi domini atrocissima effigies tanto uicti-
marum cruore coleretur quantum ipse humani sanguinis pro-
fundebat.

53. Omnia, patres conscripti, quae de aliis principibus a me
aut dicuntur aut dicta sunt, eo pertinent ut ostendam quam
longa consuetudine corruptos deprauatosque mores principatus
parens noster reformet et corrigat. Et alioqui nihil non parum
grate sine comparatione laudatur. Praeterea hoc primum erga 2
optimum imperatorem piorum ciuium officium est, insequi dissi-

1 di <tibi> Keil, tibi om. M, tibi di alii | 2 appetas Livineius, adeptus M, adoptes Lipsius, cf. Praef. p. 43 | 5 omnes post. om. A | 9 <aureae> add. Cataneus, om. M | 15 flammis excoctasque Keil male, cf. c. 17.2, c. 43.5 Praef. p. 28 | 20 Capitolinum ς, Capitolium M | 21 diuertere X | 23 perfundebat A | 28 Et alioquin Livineius recte, ut videtur, cf. c. 45.4; c. 68.7; c. 70.8; semper ubi in Panegyrico initio sententiae alioquin positum est, et additur; alioquin M | 30 imperium A.



miles. Neque enim satis amarit bonos principes qui malos satis c. 52.2—5
non oderit. Adice quod imperatoris nostri non aliud amplius 3
ac diffusius meritum est quam quod insectari malos principes
tutum est. An excidit dolori nostro modo uindicatus Nero? 4
Permitteret, credo, famam uitamque eius carpi qui mortem
ulciscebatur nec ut in se dicta interpretaretur quae de simillimo
dicerentur. Quare ego [te], Caesar, muneribus [omnibus] tuis 5
omnibus comparo, multis antepono quod licet nobis et in prae-
teritum de malis imperatoribus cotidie uindicari et futuros sub
exemplo praemonere nullum locum, nullum esse tempus quo
funestorum principum manes a posterorum execrationibus con-
quiescant. Quo constantius, patres conscripti, et dolores nostros 6
et gaudia proferamus: laetemur his quibus fruimur, ingemis-
camus illis quae patiebamur. Simul utrumque faciendum est
sub bono principe. Hoc secreta nostra, hoc sermones, hoc ipsae
gratiarum actiones agant meminerintque sic maxime laudari
incolumem imperatorem, si priores secus meriti reprendantur.
Nam cum de malo principe posteri tacent, manifestum est
eadem facere praesentem.

54. Ecquis iam locus miserae adulationis manebat ignarus,
cum laudes imperatorum ludis etiam et commissionibus cele-
brarentur saltarentur atque in omne ludibrium effeminatis
uocibus modis gestibus frangerentur? Sed illud indignum quod
eodem tempore in senatu et in scaena, ab histrione et a consule
laudabantur. Tu procul a tui cultu ludicras artes remouisti. 2
Seria ergo te carmina honorque aeternus annalium, non haec
breuis et pudenda praedicatio colit; quin etiam tanto maiore
consensu in uenerationem tui theatra ipsa consurgent quanto

1 satis posterius delet Madvig; cur deleat non video | 6 interpretaretur w, interpretarentur M | 7 ego [te] ego cum Keil I (1852), ergo te M, ego vero Keil II, ego <in> te Baehrens, ego circa te Schnelle, ego hoc Suster | tuis omnibus w, omnibus tuis omnibus M | 8 in om. A | 13 laetemur . . . fruimur om. X | 17 secus edd., secum M | reprendantur ego cf. Praef. p. 44, Quinct. IX 4.59, reprehendantur M | 18 de malo principe w, malo principe M, malos principes Baehr., sed cf. c. 25.1; c. 55.3; c. 86.5 | 20 Ecquis Cuspinianus, et quis M, cf. c. 25.1, c. 46.1 | ignarus corr. ς, gnarus M | 21 commissionibus Livineius, commissationibus M.

magis de te scaenae silebunt. Sed quid ego istud admiror, 3
cum eos quoque honores qui tibi a nobis offeruntur aut deli-
bare parcissime aut omnino soleas recusare? Nihil ante tam
uulgare, tam paruum in senatu agebatur ut non laudibus prin-
cipum immorarentur quibuscumque censendi necessitas accidisset.
De ampliando numero gladiatorum aut de instituendo collegio 4
fabrorum consulebamur et quasi prolatis imperii finibus nunc
ingentes arcus excessurosque templorum fastigium titulos, nunc
menses etiam nec hos singulos nomini Caesarum dicabamus.
Patiebantur illi et, quasi meruissent, laetabantur. At nunc 5
quis nostrum, tamquam oblitus eius de quo refertur, censendi
officium principis honore consumit? Tuae moderationis laus
haec constantia nostra est: tibi obsequimur quod in curiam
non ad certamen adulationum, sed ad usum munusque iustitiae
conuenimus, hanc simplicitati tuae ueritatique gratiam relaturi
ut te quae uis uelle, quae non uis nolle credamus. Incipimus 6
inde, desinimus ibi, a quo incipi, in quo desini sub alio prin-
cipe non posset. Nam plerosque ex decretis honoribus et alii
non receperunt; nemo ante tantus fuit ut crederetur noluisse
decerni; quod ego titulis omnibus speciosius reor, quando non 7
trabibus aut saxis nomen tuum sed monumentis aeternae laudis
inciditur.

55. Ibit in saecula fuisse principem cui florenti et incolumi
numquam nisi modici honores, saepius nulli decernerentur. Et 2
sane, si uelimus cum priorum temporum necessitate certare,
uincemur: ingeniosior est enim ad excogitandum simulatio
ueritate, seruitus libertate, metus amore. Simul, cum iam 3
pridem nouitas omnis adulatione consumpta sit, non alius erga
te nouus honor superest quam si aliquando de te tacere aude-
amus. Age, si quando pietas nostra silentium rupit et uere- 4
cundiam tuam uicit, quae qualiaque aut decernimus nos aut
tu non recusas! ut appareat non superbia et fastidio te

2 delibrare A | 3 ante te tam A Strömberg, sed cf. c. 52.7, 54.7, 75.2, 88.4 | 5 cedendi A | 9 dicabamus corr. ς, dicebamus M | 12 laus haec Gesner, haec laus M | 13 est idem, et M | 19 ante te Livineius, sed cf. ad v. 3 | 23 tui A | 29 aliquem A | 30 et verec. tuam vicit duplicat H.



amplissimos honores repudiare, qui minores non dedigneris.
Pulchrius hoc, Caesar, quam si recusares omnes; nam recusare 5
omnes ambitionis, moderationis est eligere parcissimos. quo
temperamento et nobis et <aerario consulis: nobis quidem quod
omni liberas suspicione;> aerario autem quod sumtibus eius
adhibes modum, ut qui exhaustum non sis innocentium bonis
repleturus. Stant igitur effigies tuae, quales olim ob egregia 6
in rem publicam merita priuatis dicabantur; uisuntur eadem e
materia Caesaris statuae qua Brutorum, qua Camillorum. Nec
discrepat causa. Illi enim reges hostemque uictorem moenibus 7
depulerunt, hic regnum ipsum, quaeque alia captiuitas gignit,
arcet ac summouet sedemque obtinet principis ne sit domino
locus. Ac mihi intuenti sapientiam tuam minus mirum uidetur 8
quod mortales istos caducosque titulos aut depreceris aut tem-
peres; scis enim ubi uera principis, ubi sempiterna sit gloria.
Hi sunt honores in quos nihil flammis, nihil senectuti, nihil
successoribus liceat. Arcus enim et statuas, aras etiam tem- 9
plaque demolitur et obscurat obliuio, neglegit carpitque posteritas:
contra contemptor ambitionis et infinitae potestatis domitor ac
frenator animus ipsa uetustate florescit nec ab ullis magis
laudatur quam quibus minime necesse est. Praeterea ut quis-
que factus est princeps, extemplo fama eius, incertum bona an
mala, ceterum aeterna est. Non ergo perpetua principi fama 10
quae inuitum manet, sed bona concupiscenda est; ea porro non
imaginibus et statuis, sed uirtute ac meritis prorogatur. Quin 11
etiam leuiora haec, formam principis figuramque, non aurum
melius uel argentum quam fauor hominum exprimat teneatque

3 moderationis est recte edd. ant., moderatio est M (moderationis B), sed idem vitium in M occurrit c. 58.5 (X), III 7.6, IV 12.2; eiusmodi genetivus continuatur in Panegyrico, nec nominativo excipitur cf. e. g. c. 58.5, c. 61.4 | 4 aerario — suspicione e. g. cum ⸢w addendum est, om. M | 8 dicebantur X | 9 Camillorum corr. X, Camelorum AH (fere semper, X quoque saepius) | 10 victoremque A | 13 locus domino Kukula Hofackero duce, male cf. Praef. p. 41 | 15 vera ubi principis A | 16 hi sunt honores recte M, ubi sint hon. edd., quo recepto pulchra perit clausula, hi sinceri honores Baehr., nil mutandum est cf Strömberg ad l. | 21 Praeterea — aeterna est om. X | 22 extemplo. Keil, exemplo M | 24 invita eum Baehr., cf. Burckhard p. 176.

Quod quidem prolixe tibi cumulateque contingit, cuius laetissima
facies et amabilis uultus in omnium ciuium ore oculis animo
sedet.

56. Adnotasse uos credo, patres conscripti, iam dudum me
non eligere quae referam. Propositum est enim mihi principem
laudare, non principis facta. Nam laudabilia multa etiam mali
faciunt, ipse laudari nisi optimus non potest. Quare non alia
maior, imperator auguste, gloria tua quam quod agentibus tibi
gratias nihil uelandum est, nihil omittendum. Ecquid est enim 2
in principatu tuo quod cuiusquam praedicatio uel transilire uel
praeteruehi debeat? Quod momentum, quod immo temporis
punctum aut beneficio sterile aut uacuum laude? Non omnia
eius modi ut is optime te laudasse uideatur qui narrauerit
fidelissime? Quo fit ut prope in immensum diffundatur oratio
mea, et necdum de biennio loquor. Quam multa dixi de mode- 3
ratione, et quanto plura adhuc restant! ut illud quod secundum
consulatum recepisti, quia princeps et pater deferebat. At
postquam ad te imperii summam et cum omnium rerum tum
etiam tui potestatem di transtulerunt, tertium consulatum
recusasti, cum agere tam bonum consulem posses. Magnum 4
est differre honorem, gloriam maius. Gestum consulatum mirer
an non receptum? gestum non in hoc urbis otio et intimo sinu
pacis, sed iuxta barbaras gentes, ut illi solebant quibus erat
moris paludamento mutare praetextam ignotasque terras uictoria
sequi. Pulchrum imperio, gloriosum tibi, cum te socii atque 5
amici sua in patria, suis in sedibus adierunt. Decora facies, 6
multa post saecula consulis tribunal uiridi caespite extructum
nec fascium tantum sed pilorum signorumque honore circum-
datum. Augebant maiestatem praesidentis diuersi postulantium
habitus ac dissonae uoces raraque sine interprete oratio. Mag- 7
nificum est ciuibus iura, quid hostibus reddere? speciosum
certam fori pacem, quid immanes campos sella curuli uictorisque

9 omittendum. ecquid Livineius, omittendum est quid M edd. ant.
13 narravit A | 14 in om. A | 16 quod om. A | 19 transtulerunt
corr. dett., transtulerint M | 22 gestum corr. ς, gestus M | 27 con-
sulis tribunal AH, consulis post facies pos. X, cf. Praef. p. 28.



uestigio premere, imminere minacibus ripis tutum quietumque, c. 55.11—
spernere barbaros fremitus hostilemque terrorem non armorum
magis quam togarum ostentatione compescere? Itaque non te 8
apud imagines, sed ipsum praesentem audientemque consaluta-
bant imperatorem, nomenque, quod alii domitis hostibus, tu
contemptis merebare.

57. Haec laus acti consulatus; illa dilati quod adhuc initio
principatus, ut iam exsatiatus honoribus et expletus, consulatum
recusasti, quem noui imperatores destinatum aliis in se trans-
ferebant. Fuit etiam qui in principatus sui fine consulatum, 2
quem dederat ipse, magna ex parte iam gestum extorqueret et
raperet. Hoc ergo honore, quem et incipientes principes et
desinentes adeo concupiscunt ut auferant, tu otioso ac uacante
priuatis cessisti. Inuidiosusne erat aut tibi tertius consulatus 3
aut principi primus? Nam secundum imperator quidem, sub
imperatore tamen inisti, nihilque imputari in eo uel honori
potest uel exemplo nisi obsequium. Ita uero, quae ciuitas 4
quinquies atque etiam sexies consules uidit, non illos qui expi-
rante iam libertate per uim ac tumultum creabantur, sed quibus
sepositis et absentibus in rura sua consulatus ferebantur, in
hac ciuitate tertium consulatum princeps generis humani ut
praegrauem recusasti? Tantone Papiriis etiam et Quintiis mode- 5
ratior Augustus et Caesar et pater patriae? At illos res publica
ciebat. Quid? te non eadem res publica, non senatus? non
consulatus ipse, qui sibi tuis umeris attolli et augescere uidetur?

58. Non te ad exemplar eius uoco qui continuis consulatibus
fecerat longum quendam et sine discrimine annum: his te
confero quos certum est, quotiens consules fuerunt, non sibi
praestitisse. Erat in senatu ter consul, cum tu tertium con-
sulatum recusabas. Onerosum nescio quid uerecundiae tuae 2
consensus noster indixerat ut princeps totiens consul esses
quotiens senator tuus: nimia modestia istud etiam priuatus

8 excusatus X | 16 ivisti A | imputari corr. X, imputare AH |
17 potest w, potes M | 22 praegravem corr. X, praecravem AH |
Papiriis etiam et Quintiis corr. w, Papirus etiam et Quintus M |
23 at illos w, ad illos M | 25 videntur A | 26 non w, num M.

recusasses. An consularis uiri triumphalisque filius, cum tertio 3
consul creatur, ascendit? non debitum hoc illi, non uel sola
generis claritate promeritum? Contigit ergo priuatis aperire
annum fastosque reserare, et hoc quoque redditae libertatis
indicium fuit quod consul alius quam Caesar esset. Sic exactis
regibus coepit liber annus, sic olim seruitus pulsa priuata fastis
nomina induxit. Miseros ambitionis qui ita consules semper ut 4
semper principes erant! Quamquam non <tam> ambitio quam
liuor et malignitas uideri potest omnes annos possidere summumque
illud purpurae decus non nisi praecerptum praefloratumque
transmittere. Tuam uero magnanimitatem an modestiam 5
an benignitatem prius mirer? Magnanimitatis fuit expetito
semper honore abstinere, modestiae cedere, benignitatis per
alios frui.

59. Sed iam tempus est te ipsi consulatui praestare ut
maiorem eum suscipiendo gerendoque facias. Nam saepius
recusare ambiguam ac potius illam interpretationem habet, tamquam
minorem putes. Tu quidem ut maximum recusasti; sed
hoc persuadere nemini poteris, nisi aliquando et non recusaueris.
Cum arcus, cum trophaea, cum statuas deprecaris, tribuenda 2
est uerecundiae tuae uenia; illa enim sane tibi dicantur. Nunc
uero postulamus ut futuros principes doceas inertiae renuntiare,
paulisper delicias differre, paulisper et saltem ad breuissimum
tempus ex illo felicitatis somno uelut excitari, induere praetextam
quam, cum dare possent, occuparint, ascendere curulem
quam detineant, esse denique quod concupierint nec ideo tantum
uelle consules fieri ut fuerint. Gessisti alterum consulatum, 3
scio: illum exercitibus, illum prouinciis, illum etiam exteris
gentibus poteris imputare, non potes nobis. Audimus quidem
te omne munus consulis obisse, sed audimus; diceris iustissimus
humanissimus patientissimus fuisse, sed diceris. Aequum est
aliquando nos iudicio nostro, oculis nostris, non famae semper

---

3 promeritum Aw, premeritum M | 5 iudicium A | 8 tam add. Med. om. M, nec iam hoc loco quam pro tam . . . quam statuere ausim. | 12 magnanimitas X | 21 nunc Lipsius. cum M | 23 delicias corr. X, delictas AH | 24 excitati X | 26 concupierint corr. ς, concupierunt M.



et rumoribus credere. Quousque absentes de absente gaude- 4 c. 58.2–
bimus? Liceat experiri an aliquid superbiae tibi ille ipse secundus
consulatus attulerit. Multum in commutandis moribus hominum
medius annus ualet, in principum plus. Didicimus quidem, cui 5
uirtus aliqua contingat, omnes inesse: cupimus tamen experiri
an nunc quoque una eademque res sit bonus consul et bonus
princeps. Nam praeter id quod est arduum duas easque summas 6
potestates simul capere, tum inest utrique non nulla diuersitas,
cum principem quam <simillimum esse privato, consulem quam>
dissimillimum deceat.

60. Atque ego uideo proximo anno consulatus recusandi hanc
praecipuam fuisse rationem quod eum absens gerere non poteras.
Sed iam urbi uotisque publicis redditus quid est in quo magis
sis approbaturus quae quantaque fuerint quae desiderabamus?
Parum est ut in curiam uenias, nisi et conuocas; ut intersis
senatui, nisi et praesides; ut censentes audias, nisi et perrogas.
Vis illud augustissimum consulum aliquando tribunal maiestati 2
suae reddere? ascende. Vis constare reuerentiam magistratibus,
legibus auctoritatem, modestiam postulantibus? adi. Quod 3
enim interesset rei publicae, si priuatus esses, consulem te
haberet tantum an et senatorem, hoc nunc scito interesse principem
te habeat tantum an et consulem. His tot tantisque 4
rationibus quamquam multum reluctata uerecundia principis
nostri tandem tamen cessit. At quemadmodum cessit? Non
se ut priuatis, sed ut priuatos sibi pares faceret. Recepit enim
tertium consulatum ut daret. Nouerat pudorem, nouerat mode- 5
rationem hominum, qui non sustinerent tertio consules esse nisi

---

4 medius om. A | prinpum H | dicimus X | 7 duas easque summas pot. simul cap. AH, duas easque simul cap. pot. summas X | 8 cum A | 9 <simillimum — quam> e. g. cum Cuspiniano addendum est, om. M | 15 pamo A | 17 tribunal aliquando Keil, sed post tribunal potest, ante tribunal non potest desiderari aliquando: tribunal quod olim augustissimum erat, nunc restituere vis, de usu cf. c. 29.1, c. 46.4 | 19 postulatibus Baehrens sine causa | adi edd. ant. (cf. Praef. p. 43) adire M, ades Schwarz, adtende? Keil, adside Baehr., adnitere Schnelle, adsiste? Suster, adi rem Strömberg, accipe (sc. consulatum) Kukula | 20 interest X | 24 at X, ad AH (corr. A m. 1) | 26 nov. pud. nov. moder. hom. AH, nov. moder. hom., nov. pud. X.

cum ter consule. Bellorum istud sociis olim, periculorum con-
sortibus, parce tamen, tribuebatur quod tu singularibus uiris
ac de te quidem bene ac fortiter, sed in toga meritis praestitisti.
Utriusque cura, utriusque uigilantia obstrictus es, Caesar. Sed in 6
principe rarum ac prope insolitum est ut se putet obligatum aut, si
putet, amet. Debes ergo, Caesar, et soluis et, cum ter consules
facis, non tibi magnus princeps, sed non ingratus amicus uideris;
quin etiam perquam modica quaedam ciuium merita fortunae tuae
uiribus in maius extollis. Efficis enim ut tantum tibi quisque 7
praestitisse uideatur quantum a te recepit. Quid isti benignitati
precer, nisi ut semper obliges, obligeris incertumque facias
utrum magis expediat ciuibus tuis debere tibi an praestitisse?

61. Equidem illum antiquum senatum contueri uidebar, cum
ter consule assidente tertio consulem designatum rogari sen-
tentiam cernerem. Quanti tunc illi quantusque tu! Accidit 2
quidem ut corpora quamlibet ardua et excelsa procerioribus
admota decrescant, item ut altissimae ciuium dignitates colla-
tione fastigii tui quasi deprimantur quantoque propius ad mag-
nitudinem tuam ascenderint tantum etiam a sua descendisse
uideantur. Illos tamen tu, quamquam non potuisti tibi aequare, 3
cum uelles, adeo in edito collocasti ut tantum super ceteros
quantum infra te cernerentur. Si unius tertium consulatum 4
eundem in annum in quem tuum contulisses, ingentis animi
specimen haberetur. Ut enim felicitatis est quantum uelis
posse, sic magnitudinis uelle quantum possis. Laudandus 5
quidem et ille qui consulatum tertium meruit, sed magis sub
quo meruit: magnus memorandusque qui tantum praemium
cepit, sed maior qui capienti dedit. Quid, quod duos pariter 6
tertio consulatu, duos collegii tui sanctitate decorasti? ut sit
nemini dubium hanc tibi praecipuam causam fuisse extendendi
consulatus tui ut duorum consulatus amplecteretur collegamque

1 sociis edd., ociis M | olim <ut> peric. Baehrens | 3 praestitisti in toga meritis X | 6 et cum Gruter, sed cum M | 10 recipit X | 29 collegii Lipsius, collegit M | 31 amplecteretur collegamque te non uni daret edd., ampl. et collegamque cet. M, unde te collegam. quem te non uni <dare licuisse> claret Baehr., sed saepius in M et abundat, cf. e. g. Pan. IX 21.3.



te non uni daret. Uterque nuper consulatum alterum gesserat 7 c. 60.5
a patre tuo (id est quanto minus quam a te!) datum; utriusque
adhuc oculis paulo ante dimissi fasces oberrabant, utriusque
sollemnis ille lictorum et praenuntius clamor auribus insederat,
cum rursus curulis rursusque purpura; ut olim, cum hostis in
proximo et in summum discrimen adducta res publica exper-
tum honoribus uirum posceret, non consulatus hominibus isdem,
sed idem homines consulatibus reddebantur. Tanta tibi bene 8
faciendi uis ut indulgentia tua necessitates aemuletur. Modo
praetextas exuerant: resumant; modo lictores abire iusserant:
reuocent; modo gratulantes amici recesserant: reuertantur.
Hominisne istud ingenium est, hominis potestas, renouare 9
gaudia, redintegrare laetitiam nullamque requiem gratulationibus
dare neque alia repetendis consulatibus interualla permittere,
nisi dum finiuntur? Facias ista semper, nec umquam in hoc 10
opere aut animus tuus aut fortuna lassetur, des quam plurimis
tertios consulatus, et, cum plurimis tertios consulatus dederis,
semper tamen plures quibus debeas dare supersint.

62. Omnium quidem beneficiorum quae merentibus tribuuntur
non ad ipsos gaudium maius quam ad similes redundat; prae-
cipue tamen ex horum consulatu non ad partem aliquam senatus,
sed ad totum senatum tanta laetitia peruenit ut eundem hono-
rem omnes sibi et dedisse et accepisse uideantur. Nempe enim 2
hi sunt quos senatus, cum publicis sumptibus minuendis optimum
quemque praeficeret, elegit, et quidem primos. Hoc est igitur,
hoc est quod penitus illos animo Caesaris insinuauit. An parum 3
saepe experti sumus hanc esse rerum condicionem ut senatus
fauor apud principem aut prosit, aut noceat? Nonne paulo ante
nihil magis exitiale erat quam illa principis cogitatio 'hunc
senatus probat, hic senatui carus est'? Oderat quos nos ama-

2 id est] at idem Kukula, sed hic iam invenitur usus in posteriore Latinitate multo frequentior, de quo Koziol, Stil des L. Apuleius p. 179 sqq. | 8 ibi A | 25 quem A | et quidem Livineius, equidem M | 27 experti sumus corr. dett, expertissimus M | 28 haut prosit at noceat Baehrens, aut <non> (an parum?) prosit aut Mueller, aut pros. aut del. Novák Z. f. d. ö. G. XLII p. 1068, sed cf. Burkhard p. 166, cf. c. 25.1 | 30 quos non X.

remus, sed et nos quos ille. Nunc inter principem senatumque dig- 4
nissimi cuiusque caritate certatur. Demonstramus inuicem, credi-
mus invicem quodque maximum amoris mutui signum est, eosdem
amamus. Proinde, patres conscripti, fauete aperte, diligite constan- 5
ter. Non iam dissimulandus est amor ne noceat, non premendum
odium ne prosit: eadem Caesar quae senatus probat improbatque.
Vos ille praesentes, uos etiam absentes in consilio habet. Tertio
consules fecit quos uos elegeratis, et fecit hoc ordine quo electi
a uobis erant. Magnus uterque honor uester, siue eosdem 6
maxime diligit quos scit uobis esse carissimos siue illis neminem
praefert, quamuis aliquem magis amet. Proposita sunt senio- 7
ribus praemia, iuuenibus exempla. Adeant, frequentent securas
tandem ac patentes domos: quisquis probatos senatui uiros
suspicit, hic maxime principem promeretur. Sibi enim accres- 8
cere putat quod cuique astruatur nullamque in eo gloriam
ponit quod sit omnibus maior, nisi maximi fuerint quibus maior
est. Persta, Caesar, in ista ratione propositi talesque nos crede 9
qualis fama cuiusque est. Huic aures, huic oculos intende: ne
respexeris clandestinas existimationes nullisque magis quam
audientibus insidiantes susurros. Melius omnibus quam singulis
creditur; singuli enim decipere et decipi possunt: nemo omnes,
neminem omnes fefellerunt.

63. Praeuertor iam ad consulatum tuum, etsi sunt quaedam
ad consulatum quidem pertinentia, ante consulatum tamen, in
primis quod comitiis tuis interfuisti candidatus non consulatus
tantum sed immortalitatis et gloriae et exempli, quod seque-
rentur boni principes, mali mirarentur. Vidit te populus 2
Romanus in illa uetere potestatis suae sede; perpessus es
longum illud carmen comitiorum nec iam irridendam moram

1 nos quis A | 9 utique Lipsius, alii, sed uterque subsequentia sive ... sive satis tuentur | 11 proposita corr. dett., praeposita M | 14 suspicit Livineius, suscipit M, quod Schwarz coll. Ep. VI 6.9 defendit, sed illic recte pro suffragari suscipere positum est, quod ab hoc loco alienum est | 18 huc aures huc oculos Livineius, hinc aures hinc oculos A | 19 clandestinas corr. X, da destinas AH | 22 fefellerint Schwarz, alii, sine causa idonea, clausula fefellerunt commendat | 26 etiam gloriae Baehrens, etiam et gloriae? Keil. sed cf. Praef. p. 26.



consulque sic factus es ut unus ex nobis quos facis consules. c. 62.3—
Quotus quisque principum antecedentium honorem istum aut 3
consulatui habuit aut populo? non alii marcidi somno hester-
naque cena redundantes comitiorum suorum nuntios opperie-
bantur, alii sane peruigiles et insomnes, sed intra cubilia sua
illis ipsis consulibus a quibus consules renuntiabantur exilia et
caedes machinabantur? O praua et inscia uerae maiestatis 4
ambitio, concupiscere honorem quem dedigneris, dedignari
quem concupieris, cumque ex proximis hortis campum et
comitia prospectes, sic ab illis abesse, tamquam Danubio
Rhenoque dirimare! Auerseris tu honori tuo sperata suffragia 5
renuntiarique te consulem iussisse contentus liberae ciuitatis
ne simulationem quidem serues, abstineas denique comitiis
abstrusus atque abditus, quasi illic tibi non consulatus detur,
sed abrogetur imperium? Haec persuasio superbissimis dominis 6
erat ut sibi uiderentur principes esse desinere, si quid facerent
tamquam senatores. Plerique tamen non tam superbia quam
metu quodam submouebantur. An stuprorum sibi incestarum- 7
que noctium conscii auspicia polluere sacratumque campum
nefario auderent contaminare uestigio? Non adeo deos homi- 8
nesque contempserant ut in illa speciosissima sede hominum
deorumque coniectos in se oculos ferre ac perpeti possent.
Tibi contra et moderatio tua suasit et sanctitas ut te et religi-
oni deorum et iudiciis hominum exhiberes.

64. Alii consulatum ante quam acciperent, tu et dum accipis
meruisti. Peracta erant sollemnia comitiorum, si principem
cogitares, iamque se omnis turba commouerat, cum tu miran-
tibus cunctis accedis ad consulis sellam, adigendum te praebes
in uerba principibus ignota, nisi cum iurare cogerent alios.
Vides quam necessarium fuerit consulatum non recusare. Non
putassemus istud te facturum fuisse, si recusasses. Stupeo, 2

2 antedentium A | 3 non] nam dett. Keil (Kukula). sine necessitate | 7 caedes Baehrens, caedem M | 11 Rheno A | 12 consulem corr. w, consule M | civitatis ς, civitati M | 17 tam] ita A | 21 speciosissima corr. dett., spaciosissima M | 29 princibus H | 30 fuerit corr. ς, fuit M.

patres conscripti, necdumque satis aut oculis meis aut auribus
credo atque identidem me an audierim, an uiderim interrogo.
Imperator ergo et Caesar et Augustus <et> pontifex maximus
stetit ante gremium consulis, seditque consul principe ante se
stante, et sedit inturbatus, interritus et tamquam ita fieri
soleret. Quin etiam sedens stanti praeiit ius iurandum, et ille 3
iurauit, expressit explanauitque uerba quibus caput suum,
domum suam, si sciens fefellisset, deorum irae consecraret.
Ingens, Caesar, et par gloria tua, siue fecerint istud postea
principes siue non fecerint. Ullane satis digna praedicatio est 4
idem tertio consulem fecisse quod primo, idem principem quod
priuatum, idem imperatorem quod sub imperatore? Nescio
iam, nescio pulchriusne sit illud quod praeeunte nullo an hoc
quod alio praeeunte iurasti.

65. In rostris quoque simili religione ipse te legibus subie-
cisti, legibus, Caesar, quas nemo principi scripsit. Sed tu
nihil amplius uis tibi licere quam nobis: sic fit ut nos tibi plus
uelimus. Quod ego nunc primum audio, nunc primum disco,
non est: 'princeps supra leges', sed 'leges supra principem',
idemque Caesari consuli quod ceteris non licet. Iurat in leges 2
attendentibus dis (nam cui magis quam Caesari attendant?),
iurat obseruantibus his quibus idem iurandum est, non ignarus
alioqui nemini religiosius quod iurauerit custodiendum quam
cuius maxime interest non peierari. Itaque et abiturus consulatu
iurasti te nihil contra leges fecisse. Magnum hoc erat, cum
promitteres, maius, postquam praestitisti. Iam totiens procedere 3
in rostra inascensumque illum superbiae principum locum terere,
hic suscipere, hic ponere magistratus, quam dignum te quamque
diuersum consuetudini illorum qui pauculis diebus gestum con-

2 an viderim corr. ς, aut viderim M | 3 <et> pontifex Livineius, pontifex M | 4 ante te stante A | 6 stanti om. X | praebuit X | 8 sciens Livineius, scienter M, quod minus recte defendit Strömberg: adverbium tolerari non potest | deorum ille irae A | 17 vobis A | 18 ergo A | 19 (prius) supra edd. super M, unde Keil (Kuk.) utroque loco super legit cum C, sed supra usitatum est | 20 leges Lipsius, legem M | 21 cui corr. w, cum M | 24 peierari Lipsius, peierare M | 29 consuetudini Baehrens, consuetudine M.



sulatum, immo non gestum abiciebant per edictum! Hoc pro c. 64.2—6
contione, pro rostris, pro iure iurando; scilicet ut primis extrema
congruerent utque hoc solo intellegerentur ipsi consules fuisse
quod alii non fuissent.

66. Non transilui, patres conscripti, principis nostri consu-
latum, sed eundem in locum contuli quicquid de iure iurando
dicendum erat. Neque enim, ut in sterili ieiunaque materia,
eandem speciem laudis diducere ac spargere atque identidem
tractare debemus. Illuxerat primus consulatus tui dies, quo tu 2
curiam ingressus nunc singulos nunc uniuersos adhortatus es
resumere libertatem, capessere quasi communis imperii curas,
inuigilare publicis utilitatibus et insurgere. Omnes ante te eadem 3
ista dixerunt, nemini tamen ante te creditum est. Erant sub
oculis naufragia multorum, quos insidiosa tranquillitate prouectos
improuisus turbo perculerat. Quod enim tam infidum mare
quam blanditiae principum illorum, quibus tanta leuitas, tanta
fraus ut facilius esset iratos quam propitios cabere? Te uero
securi et alacres quo uocas sequimur. Iubes esse liberos: 4
erimus; iubes quae sentimus promere in medium: proferemus.
Neque enim adhuc ignauia quadam et insito torpore cessauimus:
terror et metus et misera illa ex periculis facta prudentia
monebat ut a re publica (aberat autem omnino res publica)
oculos aures animos auerteremus. At nunc tua dextera tuisque 5
promissis freti et innixi obsaepta diutina seruitute ora reseramus
frenatamque tot malis linguam resoluimus. Vis enim tales esse
nos quales iubes, nihilque exhortationibus tuis fucatum, nihil
subdolum, <nihil> denique quod credentem fallere paret non
sine periculo fallentis. Neque enim umquam deceptus est
princeps nisi qui prius ipse decepit.

67. Equidem hunc parentis publici sensum cum ex oratione
eius tum pronuntiatione ipsa perspexisse uideor. Quae enim

8 diducere Livineius, deducere M | 15 infidum mare casu cum Lucr. 2.557 congruit nec pro imitatione habendum est cum Bornecquio | 17 felicius Lipsius, melius Suster sine causa | tabere (= cabere) A, habere X | 22 movebat A | aberat Baehrens, erat M, nulla ante erat add. ς edd. alii, alii ante res publica | 25 talis A | 27 <nihil> add. Burnouf, om. M | 30 ex oratione Lipsius, exhortatione M | 31 cum A | respexisse X.

illa grauitas sententiarum, quam inaffectata ueritas uerborum,
quae asseueratio in uoce! quae affirmatio in uultu! quanta in
oculis, habitu, gestu, toto denique corpore fides! Tenebit ergo 2
semper quid suaserit scietque nos, quotiens libertatem quam
dedit experiemur, sibi parere. Nec uerendum est ne incautos 3
putet, si fidelitate temporum constanter utamur, quos meminit
sub malo principe aliter uixisse. Nuncupare uota et pro aeter-
nitate imperii et pro salute principum, immo pro salute prin-
cipum ac propter illos pro aeternitate imperii solebamus. Haec 4
pro imperatore nostro in quae sint uerba suscepta operae pretium
est adnotare: ‘si bene rem publicam et ex utilitate omnium
<rexerit>’ Digna uota quae semper suscipiantur semperque
soluantur. Egit cum dis ipso te auctore, Caesar, res publica 5
ut te sospitem incolumemque praestarent, si tu ceteros praesti-
tisses; si contra, illi quoque a custodia tui capitis oculos
dimouerent teque relinquerent uotis quae non palam suscipe-
rentur. Alii se superstites rei publicae optabant faciebantque, 6
tibi salus tua inuisa est, si non sit cum rei publicae salute
coniuncta. Nihil pro te pateris optari, nisi expediat optantibus,
omnibusque annis in consilium de te deos mittis exigisque ut
sententiam suam mutent, si talis esse desieris qualis electus 7
es, et ingenti conscientia, Caesar, quasi pacisceris cum dis
ut te, si merueris, seruent, cum scias an merearis neminem
magis quam deos scire. Nonne uobis, patres conscripti, haec 8
diebus ac noctibus agitare secum uidetur: ‘Ego quidem in me,
si omnium utilitas ita posceret, etiam praefecti manum armaui:
sed ne deorum quidem aut iram aut neglegentiam deprecor,
quaeso immo et obtestor ne umquam pro me uota res publica
inuita suscipiat aut, si susceperit inuita, ne debeat’?

1 gratuitas A | veritas verborum, quae corr. m, veritas verbo rerumque M, v. verborum! tum quae Baehrens, sed concinnitas corrumpitur, v. verborum rerumque, quae Suster, sed res nil pertinent hic ad rem | 10 imperatore Perizonius, imperio M | 12 <rexerit> Keilio duce addo, om. M <rexeris> add. Suster male: minime c. 68.1, immo c. 94.5 conferendum est | 16 dimoverent corr. dett., demoverent M | 21 mittent A | 21 talis esse corr. dett., tulisse M, tu talis esse Baehrens; cur tu addamus, non est | 22 et Baehrens, sed M | 22 quasi Baehrens, qua M, om. w, edd. ant. | 23 merueris Keil, mereberis M



68. Capis ergo, Caesar, salutis tuae gloriosissimum fruc- c. 67.1—6
tum ex consensu deorum. Nam cum excipias ut ita demum
te di seruent, si bene rem publicam et ex utilitate omnium
rexeris, certus es bene te rem publicam regere, cum se-
ruent. Itaque securus tibi et laetus dies exit, qui prin- 2
cipes alios cura et metu distinebat, cum suspensi et attoniti
parumque confisi patientia nostra hinc atque inde publicae
seruitutis nuntios expectarent. Ac si forte aliquos flumina niues 3
uenti praepedissent, statim hoc illud esse credebant quod vereban-
tur; nec erat discrimen ullum pauoris, propterea quod, cum a
malo principe tamquam successor timeatur quisquis est dignior,
cum sit nemo non dignior, omnes timentur. Tuam securitatem 4
non mora nuntiorum, non litterarum tarditas differt. Scis tibi
ubique iurari, cum ipse iuraueris omnibus. Nemo hoc non sibi
praestat. Amamus quidem te in quantum mereris; istud tamen 5
non tui facimus amore sed nostri, nec umquam illucescat dies
quo pro te nuncupet uota non utilitas nostra sed fides, Caesar.
Turpis tutela principis cui potest imputari. Queri libet quod 6
in secreta nostra non inquirant principes nisi quos odimus.
Nam si eadem cura bonis ac malis esset, quam ubique admira- 7
tionem tui, quod gaudium exultationemque deprenderes, quos
omnium cum coniugibus ac liberis, quos etiam cum domesticis
aris focisque sermones! Scires mollissimis istis auribus parci.
Et alioqui cum sint odium amorque contraria, hoc perquam
simile habent quod ibi intemperantius amamus bonos principes,
ubi liberius malos odimus.

69. Cepisti tamen et affectus nostri et iudicii experimentum,
quantum maximum praesens capere potuisti, illo die quo solli-
citudini pudorique candidatorum ita consuluisti ne ullius gaudium
alterius tristitia turbaret. Alii cum laetitia, alii cum spe reces-
serunt, multis gratulandum, nemo consolandus fuit. Nec ideo 2

4 rexeris] regere A | post rem publicam solus H addit et ex utilitate omnium, quod Praef. p. 10 recepimus, nunc pro mera dittographia reiecimus | gerere X | 6 destinebat A | 9 verebantur Baehrens, merebantur M | 11 quisquis corr. ς, quisque M | 15 tamen tui non A | 21 deprehenderes X | 26 liberalius X | 31 consolandus corr. ς, consulandus AH, consulendus X | ideo] nemo A.

segnius iuuenes nostros exhortatus es senatum circumirent,
senatui supplicarent atque ita <a> principe sperarent honores,
si a senatu petissent. Quo quidem in loco, si quibus opus 3
exemplo, adiecisti ut te imitarentur. Arduum, Caesar, exem-
plum et quod imitari non magis quisquam candidatorum quam
principum possit. Quis enim uel uno die reuerentior senatus
candidatus quam tu cum omni uita tum illo ipso tempore quo
iudicas de candidatis? An aliud a te quam senatus reuerentia 4
obtinuit ut iuuenibus clarissimae gentis debitum generi honorem,
sed antequam deberetur, offerres? Tandem ergo nobilitas non 5
obscuratur, sed illustratur a principe, tandem illos ingentium
uirorum nepotes, illos posteros libertatis nec terret Caesar nec
pauet; quin immo festinatis honoribus amplificat atque auget
et maioribus suis reddit. Si quid usquam stirpis antiquae, si
quid residuae claritatis, hoc amplexatur ac refouet et in usum
rei publicae promit. Sunt in honore hominum et in ore famae 6
magna nomina ex tenebris obliuionis indulgentia Caesaris
<extracta>, cuius haec intentio est ut nobiles et conseruet et
faciat.

70. Praefuerat prouinciae quaestor unus ex candidatis inque
ea ciuitatis amplissimae reditus egregia constitutione fundauerat.
Hoc senatui allegandum putasti. Cur enim te principe, qui 2
generis tui claritatem uirtute superasti, deterior esset condicio
eorum qui posteros habere nobiles mererentur quam eorum qui
parentes habuissent? O te dignum qui de magistratibus nostris
semper haec nunties nec poenis malorum sed bonorum praemiis
bonos facias! Accensa est iuuentus erexitque animos ad aemu- 3

1 circumiret X | 2 a add. X, om. AH | 9 clarissime genitis Livineius sine causa, cf. e. g. Velleium II 30 | 10 set] et Baehrens; sed post debitum quidem subaudiendum est | 12 terret] fret A | 14 reddit edd. redditus M | <maiores> maioribus suis reddit Eussner Fleckeis. ann. 1886, 115 sine causa cf. Suster Riv. di fil. XVII 536 | 15 ac] et X | 16 ore Livineius, honore M, in ore hom. et in honore famae Eussner | 17 <excitata> ex Keil | 18 <extracta> e. g. cum Lipsio addidi, <asserta> Baehrens, <prolata> Suster, <emergentia> Eussner Jahrb. für class. Phil. 1886 p. 114 | intentio est om. X | conservet et faciat ego, cf. Praef. p. 43, cons. et afficiat AH, cons. et efficiat X edd. | 20 in quem X | 21 civitatis amplissimae Lipsius, civitas amplissima M.



landum quod laudari uidebat, nec fuit quisquam quem non haec c. 69.2—7
cogitatio subiret [cum sciret], quicquid a quoque in prouinciis
bene fieret, omnia te scire. Utile est, Caesar, et salutare prae- 4
sidibus prouinciarum hanc habere fiduciam, paratum esse
sanctitati, industriae suae maximum praemium, iudicium prin-
cipis, suffragium principis. Adhuc autem quamlibet sincera 5
rectaque ingenia, etsi non detorquebat, hebetabat tamen misera
sed uera reputatio: Quid enim? si quid bene fecero, sciet 6
Caesar? aut si scierit, testimonium reddet?' Ita eadem illa seu 7
neglegentia seu malignitas principum, cum male consultis
impunitatem, recte factis nullum praemium polliceretur, nec
illos a crimine et hos deterrebat a laude. At nunc, si bene 8
aliquis prouinciam rexerit, huic quaesita uirtute dignitas offertur.
Patet enim omnibus honoris et gloriae campus: ex hoc quisque
quod concupiit petat et assecutus sibi debeat. Prouinciis quoque
in posterum et iniuriarum metum et accusandi necessitatem
remisisti. Nam si profuerint quibus gratias egerint, de nullo
queri cogentur et alioquin nihil magis prodesse <decet> can-
didato ad sequentes honores quam peractos. Optime magistratus
magistratu, honore honor petitur. Volo ego, qui prouinciam 9
rexerit, non tantum codicillos amicorum nec urbana coniuratione
eblanditas preces, sed decreta coloniarum, decreta ciuitatum
alleget. Bene suffragiis consularium uirorum urbes populi gentes
inseruntur. Efficacissimum pro candidato genus est rogandi
gratias agere.

71. Iam quo assensu senatus, quo gaudio exceptum est,
cum candidatis, ut quemque nominaueras, osculo occurreres,
deuexus quidem in planum et quasi unus ex gratulantibus! Te 2

2 [cum sciret] recte delet Baehrens, cum scires Keil: insulsa evadit sententia | 4 paratum corr. dett., paratam M | 8 Quid enim? si quid bene fecero edd. ant., vides enim si quid b. f. M, enim delet Catanaeus, quid est enim? Keil, cui rest? num Baehrens, ipse enim Kukula, Quid est? enim si quid Leo (litt.) hominem lingua vulgari loquentem a Plinio fictum arbitratus | 15 cupit X | 18 prodesse <decet> ego, prodesse M, lacunam indicat Keil ante et, sed nil intercidisse videtur, decet alioquin Lallemand, sed et alioquin non deleverim cf. ad c. 53.1; <qui s >et Kukula, alii alia | 23 bene Lipsius, ne M.

magis mirer an improbem illos qui effecerunt ut istud magnum
uideretur, cum uelut affixi curulibus suis manum tantum et
hanc cunctanter et pigre et imputantibus similes promerent?
Contigit ergo oculis nostris memoranda facies, principis aequati 3
candidatis et simul stantis, intueri parem accipientibus honorem
qui dabat. Quod factum tuum a cuncto senatu quam uera 4
acclamatione celebratum est: 'tanto maior, tanto augustior'!
Nam cui nihil ad augendum fastigium superest, hic uno modo
crescere potest, si se ipse summittat securus magnitudinis suae.
Neque enim ab ullo periculo fortuna principum longius abest 5
quam humilitatis. Mihi quidem non tam humanitas tua quam
intentio eius admirabilis uidebatur. Quippe cum orationi oculos 6
uocem manum commodares, ut si alii eadem ista mandasses,
omnes comitatis numeros obibas. Atque etiam, cum suffraga-
torum nomina honore quo solent exciperentur, tu quoque inter
excipientes eras, et ex ore Caesaris ille senatorius assensus
audiebatur, quodque apud principem perhibere testimonium 7
merentibus gaudebamus, perhibebatur a principe. Faciebas ergo,
cum diceres optimos: nec ipsorum modo uita a te, sed iudicium
senatus comprobabatur, ornarique se, non illos magis quos
laudabas, laetabatur.

72. Iam quod precatus es ut illa ipsa ordinatio comitiorum bene ac feliciter eueniret nobis, rei publicae, tibi, nonne tale est ut nos hunc ordinem uotorum conuertere debeamus deosque obsecrare ut omnia quae facis quaeque facies prospere cedant

1 magis mirer AH, mirer magis X | 4 memoranda facies Suster cf. c. 35.1, ante facies M, insolita ante facies edd. ant., invisa ante facies Baehrens, facies ante A | principis aequati candidatis Kukula, princeps equitus candidatus M, princeps aequatus candidatis Schwarz, princeps candidatis aequatus Baehrens, principis candidatis aequati Suster, alii alia | 5 simul stans edd. qui princeps aequatus edunt, similis sectantis Baehrens | contigit ante intueri Keil, licuit Baehrens addit | qui honorem dabat Livineius sine causa, acc. <eum> qui dabat honorem Kukula, sed cf. Praef. p. 43 | 7 acclamatione corr. dett., adamatione M | 8 supereso A | 16 Caesaris] principis X | 20 ornari qui se Schwarz, qui ornari se Baehrens | 22 iam Hearn, nam M | est A | 24 deosque Livineius, eos denique M, deos enixe Baehrens.





tibi, rei publicae, nobis, uel, si breuius sit optandum, ut uni
tibi, in quo et res publica et nos sumus? Fuit tempus, ac 2
nimium diu fuit, quo alia aduersa, alia secunda principi et
nobis: nunc communia tibi nobiscum tam laeta quam tristia,
nec magis sine te nos esse felices quam tu sine nobis potes.
An, si posses, in fine uotorum adiecisses ut ita precibus tuis 3
di adnuerent, si iudicium nostrum mereri perseuerasses? Adeo
nihil tibi amore ciuium antiquius ut ante a nobis, deinde a dis
atque ita ab illis amari uelis, si a nobis ameris. Et sane prio- 4
rum principum exitus docuit ne a dis quidem amari nisi quos
homines ament. Arduum erat has precationes tuas laudibus
adaequare; adaequauimus tamen. Qui amoris ardor, qui stimuli, 5
quae faces illas nobis exclamationes subiecerunt! Non nostri,
Caesar, ingenii, sed tuae uirtutis tuorumque meritorum uoces
fuerunt, quas nulla umquam adulatio inuenit, nullus cuiquam
terror expressit. Quem sic timuimus ut haec fingeremus? quem 6
sic amauimus ut haec fateremur? Nosti necessitatem seruitutis:
ecquando simile aliquid audisti? ecquando dixisti? Multa qui- 7
dem excogitat metus, sed quae appareant quaesita ab inuitis:
Aliud sollicitudinis, aliud securitatis ingenium est; alia tristium
inuentio, alia gaudentium: neutrum simulationes expresserint.
Habent sua uerba miseri, sua uerba felices, utque iam maxime
eadem ab utrisque dicantur, aliter dicuntur.

73. Testis ipse es quae in omnium ore laetitia. Non amictus
cuiquam, non habitus quem modo extulerat. Inde resultantia
uocibus tecta nihilque tantis clamoribus satis clausum. Quis 2
tunc non e uestigio suo exiluit? quis exiluisse sensit? Multa
fecimus sponte, plura instinctu quodam et imperio; nam gaudio

4 communia] coram A | 9 vobis A | 15 nullius A | cuiusquam X | 18 ecquando Livineius, et quando M | 19 appareant corr. X, appareat AH | 22 miseri corr. dett., misera M | at quae Suster, atqui Baehrens sine causa, ut quam maxime Gruter speciose | 24 es. Quae . . . laetitia! Madvig, sed de sit omisso cf. Lagergreen p. 41 sqq. | 25 domo Lipsius, sed cf. c. 35.2, c. 53.4, c. 61.8 | 27 exiluisse HB$^{1}$Vw, exsilius se AAdd.M$^{1}$P, cett. codd. alius aliud, exiluisse <se> Madvig, sed cf. Ep. X 19(30).2, X 74(16).1, Pan. c. 2.4; eandem omissionem iam apud Ciceronem occurrere ostendit Lebreton.

quoque cogendi uis inest. Num ergo modum ei tua saltim 3
modestia imposuit? Non, quanto magis a te reprimebatur,
exarsimus? non contumacia, Caesar; sed ut in tua potestate est
an gaudeamus, ita in quantum nec in nostra. Comprobasti et 4
ipse acclamationum nostrarum fidem lacrimarum tuarum ueritate.
Uidimus humescentes oculos tuos demissumque gaudio uultum
tantumque sanguinis in ore quantum in animo pudoris. Atque 5
hoc magis incensi sumus ut precaremur ne quando tibi non
eadem causa lacrimarum, utque numquam frontem tuam <con-
traheres>. Hoc ipsum has nos sedes quasi responsuras inter- 6
rogemus, uiderintne umquam principis lacrimas: at senatus
saepe uiderunt. Onerasti futuros principes, sed et posteros
nostros. Nam et hi a principibus suis exigent ut eadem audire
mereantur et illi quod non audiant indignabuntur.

74. Nihil magis possum proprie dicere quam quod dictum
est a cuncto senatu 'o te felicem!' Quod cum diceremus, non
opes tuas sed animum mirabamur. Ea enim demum uera
felicitas felicitate dignum uideri. Sed cum multa illo die dicta 2
sunt sapienter et grauiter, tum uel in primis 'crede nobis, crede
tibi'. Magna hoc fiducia nostri, maiore tamen tui diximus. 3
Alius enim fortasse alium, ipsum se nemo deceperit; introspiciat
modo uitam seque quid mereatur interroget. Proinde dabat
uocibus nostris fidem apud optimum principem quod apud malos
detrahebat. Quamuis enim faceremus quae amantes solent, illi
tamen non amari se credebant sibi. Super haec precati sumus 4
ut sic te amarent di quemadmodum tu nos. Quis hoc aut de
se aut principi diceret mediocriter amanti? Pro nobis ipsis
quidem haec fuit summa uotorum ut nos sic amarent di quo
modo tu. Estne uerum quod inter ista clamauimus 'o nos

2 nam A | 6 demissumque corr. a, dimissumque M | 9 tuam corr. X, tua AH | <contraheres> add. Gierig om. M, abstergeres Catanaeus male, neque precantur ut omnino lacrimae absint | 10 has nos sedes AH | has sedes nos X | interrogemus corr. X, interrogem AH | 14 mereantur w, merentur M | 15 pro re Baehrens, pro te Suster, sed cf. Burkhard W. St. IX p. 171 | 17 ea enim Keil, est enim M, est enim <haec> Baehrens | 26 quis corr. ς, qui M.



felices'? Quid enim felicius nobis, quibus non iam illud optan- c. 73.2—
dum est ut nos diligat princeps, sed <ut> di quemadmodum
princeps? Ciuitas religionibus dedita semperque deorum indul- 5
gentiam pietate merita nihil felicitati suae putat astrui posse
nisi ut di Caesarem imitentur.

75. Sed quid singula consector et colligo? quasi uero aut
oratione complecti aut memoria consequi possim quae uos,
patres conscripti, ne qua interciperet obliuio, et in publica acta
mittenda et incidenda in aere censuistis. Ante orationes prin- 2
cipum tantum eius modi genere monumentorum mandari aeter-
nitati solebant, acclamationes quidem nostrae parietibus curiae
claudebantur. Erant enim quibus nec senatus gloriari nec principes
possent. Has uero et in uulgus exire et posteris prodi cum ex 3
utilitate tum ex dignitate publica fuit, primum ut orbis terrarum
pietatis nostrae adhiberetur testis et conscius, deinde ut mani-
festum esset audere nos de bonis malisque principibus non
tantum post ipsos iudicare; postremo ut experimento cognos-
ceretur et ante nos gratos, sed miseros fuisse quibus esse nos
gratos probare antea non licuit. At qua contentione, quo nisu, 4
quibus clamoribus expostulatum est ne affectus nostros, ne tua
merita supprimeres, denique ut in posterum exemplo prouideres!
Discant et principes acclamationes ueras falsasque discernere 5
habeantque muneris tui quod iam decipi non poterunt. Non
instruendum illis iter ad bonam famam, sed non deserendum,
non submouenda adulatio, sed non reducenda est. Certum est
et quae facere et quae debeant audire, si faciant. Quid nunc 6
ego super ea quae sum cum toto senatu precatus pro senatu
precer, nisi ut haereat animo tuo gaudium quod tunc oculis
protulisti, ames illum diem et tamen uincas, noua merearis, noua
audias? eadem enim dici nisi <ob eadem> facta non possunt.

1 illud om. A | 2 vos A | <ut> add. Keil, om. M cf. e. g. c. 87.5 | 4 pietate Lipsius, pie M | felicitati edd. felicitatis M | 9 ante <te> Keil, sed cf. ad c. 54.3 | 12 princeps X | 18 gratos — nos om. A | miseros <eos> Baehrens, sed qui sint miseri, sententia relativa satis explicat | 19 nisu H, visu A (= nisu), nixu X | 24 deserendum ABw, deserundum H cett. codd. | 30 <ob eadem> facta Cataneus, facta M, nisi facta <sint eadem>? Keil.

76. Iam quam antiquum, quam consulare quod triduum totum
senatus sub exemplo patientiae tuae sedit, cum interea nihil praeter
consulem ageres! Interroga<tus cens>uit quisque quod placuit: 2
<licuit> dissentire, discedere et copiam iudicii sui rei publicae
facere; consulti omnes atque etiam dinumerati sumus, uicitque
sententia non prima sed melior. At quis antea loqui, quis 3
hiscere audebat praeter miseros illos qui primi interrogabantur?
Ceteri quidem defixi et attoniti ipsam illam mutam ac seden-
tariam assentiendi necessitatem quo cum dolore animi, quo
cum totius corporis horrore perpetiebantur! Unus solusque
censebat quod sequerentur omnes et omnes improbarent, in 4
primis ipse qui censuerat. Adeo nulla magis omnibus dis-
plicent quam quae sic fiunt tamquam omnibus placeant.
Fortasse imperator in senatu ad reuerentiam eius compone- 5
batur; ceterum egressus statim se recipiebat in principem
omniaque consularia officia abicere, neglegere, contemnere
solebat. Ille uero ita consul, ut si tantum consul foret, nihil 6
infra se putabat nisi quod infra consulem esset. Ac primum 7
ita domo progrediebatur ut illum nullus apparatus arrogantiae
principalis, nullus praecursorum tumultus detineret. Una erat
in limine mora, consultare aues reuererique numinum monitus.
Nemo proturbabatur, nemo submouebatur; tanta uiatoribus 8
quies, tantus pudor fascibus ut plerumque aliena turba subsistere
et consulem et principem cogeret. Ipsius quidem officium tam 9
modicum, <tam> temperatum ut antiquus aliquis magnusque
consul sub bono principe incedere uideretur. Iter illi saepius
in forum, frequenter tamen et in campum.

77. Nam comitia consulum obibat ipse: tantum ex renuntia-
tione eorum uoluptatis quantum prius ex destinatione capiebat.
Stabant candidati ante curulem principis, ut ipse ante consulis 2

2 patientiae tuae] tui X | 3 interroga<tus cens>uit Mueller, interrogavit M, interroga<tus ora>vit Baehrens | 4 <licuit> add. Haupt, interogatus quisque q. pl. <sentiebat; licuit> diss. Keil | dissentur A | 5 facere <tutum fuit> Catanaeus | 6 at corr. dett., aut M | 16 abicere Livineius, abigere M | 18 infra corr. X, intra AH | cos (= consulem) A, eos HX | 22 perturbabatur X | 25 <tam> add. dett., om. M | 26 illi w, illis M.





steterat, adigebanturque in uerba in quae paulo ante ipse
iurauerat princeps, qui tantum putat esse in iure iurando ut
illud et ab aliis exigat. Reliqua pars diei tribunali dabatur.
Ibi uero quanta religio aequitatis, quanta legum reuerentia! 3
Adibat aliquis ut principem: respondebat se consulem esse.
Nullius ab eo magistratus ius, nullius auctoritas imminuta est, 4
aucta etiam, siquidem pleraque ad praetores remittebat atque
ita ut collegas uocaret, non quia populare gratumque audientibus,
sed quia ita sentiebat. Tantum dignationis in ipso honore 5
ponebat ut non amplius esse censeret quod aliquis collega appel-
laretur a principe quam quod praetor esset. Ad hoc tam assi-
duus in tribunali ut labore refici ac reparari uideretur. Quis 6
nostrum idem curae, idem sudoris insumit? quis adeo expetitis
honoribus aut deseruit aut sufficit? Et sane aequum est tantum 7
ceteris praestare consulibus ipsum qui consules facit: quippe
etiam fortuna uideatur indignum, si possit honores dare qui
gerere non possit. Facturus consules doceat accepturisque am- 8
plissimum honorem persuadeat scire se quid sit quod dabit:
sic fit ut illi quoque sciant quid acceperint.

78. Quo iustius senatus ut susciperes quartum consulatum
et rogauit et iussit. Imperii hoc uerbum, non adulationis esse
obsequio tuo crede, quod non alia in re magis aut senatus exi-
gere a te aut tu praestare senatui debes. Ut enim ceterorum 2
hominum ita principum, illorum etiam qui sibi di uidentur,
aeuum omne et breue et fragile est. Itaque optimum quemque
niti et contendere decet ut post se quoque rei publicae prosit,
moderationis scilicet iustitiaeque monimentis, quae plurima
statuere consul potest. Haec nempe intentio tua ut libertatem
reuoces ac reducas. Quem ergo honorem magis amare, quod 3
nomen usurpare saepius debes quam quod primum inuenit
reciperata libertas? Non est minus ciuile et principem esse

16 si] se A | videatur — 17 possit — possit Madvig, videbatur — possit — posset M, videbatur — posset — posset edd. | 17 accepturisque Cataneus, accepturusque M | 19 quaque A | 23 tu om. X | 24 sibi di AH, di sibi X | 25 aevum Cataneus, aequum M | 27 plurima Gesner, prima HX, primo A | 31 reciperata AH, recuperata X.

pariter et consulem quam tantum consulem. Habe etiam ratio- 4
nem uerecundiae collegarum tuorum, collegarum inquam; ita
enim et ipse loqueris et nos loqui uis. Onerosa erit modestiae 5
illorum tertii consulatus sui recordatio, donec te saepius
consulem uideant. Neque enim potest non nimium esse pri-
uatis quod principi satis est. Adnuas, Caesar, optantibus, qui-
busque apud deos adesse consuesti, quorum potes ipse uotorum
compotes facias.

79. Tibi fortasse sufficiat tertius consulatus, sed nobis tanto
minus sufficit. Ille nos instituit et induxit ut te iterum iterum-
que consulem habere cupiamus. Remissius istud contenderemus, 2
si adhuc nesciremus qualis esses futurus: tolerabilius fuit experi-
mentum tui nobis quam usum negari. Dabiturne rursus uidere 3
consulem illum? Audiet, reddet quas proxime uoces praesta-
bitque gaudium quantum ipse percipiet? Praesidebit laetitiae
publicae, auctor eius et causa, temptabitque affectus nostros,
ut solet, cohibere nec poterit? Pietati senatus cum modestia 4
principis felix speciosumque certamen, seu fuerit uicta seu
uicerit. Equidem incognitam quandam proximaque maiorem
praesumo laetitiam. Quis enim est tam imbecilli ingenii qui
non tanto meliorem consulem speret quanto saepius fuerit?
Alius se a continuo labore, etsi non desidiae ac uoluptatibus 5
dedisset, otio tamen et quiete recreasset; hic consularibus curis
exsolutus principales resumpsit, tam diligens temperamenti ut

1 habe Livineius, habes M, habeas Strömberg | 2 verba verecundiae — 155.11 principis atque habet R | 4 terti consul R | saepius edd., saep . . . R, om. M | 6 adimas A | 7 quorum] hos quibus R | ip . . votorum (vel veterum) copotes R | 9 tibi om. M | 10 institu induxit R | 12 non sciremus M | 14 reddet*que* R | 17 nec poterit HX, non poterit RA, cum HX (Keil) nec poterit lego propter optimam clausulam, nec igitur <erit> post poterit insero; adde quod totius periodi vis vigorque usque ad finem servatur. | certe senatus R, quod pro dittographia subsequentis certamen habeo | 19 quondam proximamque maiorum R | 20 est] ex R | imbecilli edd,, modicilli M, docili R | ingenii AH (sed in H ex — o corr.), ingenio RX, cf. Ep. I 12.12, III 19.6, IV 7.4, IV 17.6 | qui om. R | 22 alius continuos labores si non AH, dett. alius aliud | desidia R | voluptatibus Keil, voluntatibus R, voluptati M | 23 utio R.



nec consulis officium princeps nec principis consul appeteret. c. 78.3—
Videmus ut prouinciarum desideriis, ut singularum etiam 6
ciuitatum precibus occurrat. Nulla in audiendo difficultas,
nulla in respondendo mora. Adeunt statim, dimittuntur statim, 7
tandemque principis fores exclusa legationum turba non obsidet.

80. Quid? in omnibus cognitionibus quam mitis seueritas,
quam non dissoluta clementia! Non tu locupletando fisco operatus
sedes, nec aliud tibi sententiae tuae pretium quam bene iudi-
casse. Stant ante te litigatores non de fortunis suis, sed de tua 2
existimatione solliciti, nec tam uerentur quid de causa sua quam
quid de moribus sentias. O uere principis atque etiam dei 3
curas reconciliare aemulas ciuitates tumentesque populos non
imperio magis quam ratione compescere, intercedere iniqui-
tatibus magistratuum infectumque reddere quicquid fieri non
oportuerit, postremo uelocissimi sideris more omnia inuisere,
omnia audire et undecumque inuocatum statim uelut <numen>
adesse et assistere! Talia esse crediderim quae ille mundi parens 4
temperat nutu, siquando oculos demisit in terras et fata morta-
lium inter diuina opera numerare dignatus est; qua nunc parte
liber solutusque tantum caelo uacat, postquam te dedit qui erga
omne hominum genus uice sua fungereris. Fungeris enim 5
sufficisque mandanti, cum tibi dies omnis summa cum utilitate
nostra, summa cum tua laude condatur.

81. Quodsi quando cum influentibus negotiis paria fecisti,
instar refectionis existimas mutationem laboris. Quae enim
remissio tibi nisi lustrare saltus, excutere cubilibus feras,
superare immensa montium iuga et horrentibus scopulis gradum
inferre nullius manu, nullius uestigio adiutum, atque inter

1 (prius) nec] ne R | 2 videamus R | 3 presidiis X | 7 quam om. R | clementia cui R, unde quam Haase misc. phil. II 19, quid? Schnelle, minus apte hoc loco; cui pro dittogr. subsequentis tu habeo | tu et operatus om. M; R interpolasse credit Strömberg, sed cf. Haase l.l. 9 sed] se AH | 10 extimatione X | 11 sententies M | o veras R edd., sed vere recte defendit Strömberg cf. c. 36.1 | atque] hic desinit R | dei curas Keil, decoras M | 12 tumentesque corr. dett., timentesque M | 16 adire Livineius | <numen> add. edd., om. M | 17 ipse X | 21 genus hominum A.

haec pia mente adire lucos et occursare numinibus? Olim haec 2
experientia iuuentutis, haec uoluptas erat, his artibus futuri
duces imbuebantur, certare cum fugacibus feris cursu, cum
audacibus robore, cum callidis astu; nec mediocre pacis decus
habebatur summota campis irruptio ferarum et obsidione quadam
liberatus agrestium labor. Usurpabant gloriam istam illi quoque 3
principes qui obire non poterant; usurpabant autem ita ut do-
mitas fractasque claustris feras ac deinde in ipsorum quidem
ludibrium emissas mentita sagacitate colligerent. Huic par
capiendi quaerendique sudor summusque et idem gratissimus
labor inuenire. Enimuero, si quando placuit idem corporis 4
robur in maria proferre, non ille fluitantia uela aut oculis
sequitur aut manibus, sed nunc gubernaculis assidet, nunc cum
ualentissimo quoque sodalium certat frangere fluctus, domitare
uentos reluctantes remisque transferre obstantia freta.

82. Quantum dissimilis illi qui non Albani lacus otium
Baianique torporem et silentium ferre, non pulsum saltim frago-
remque remorum perpeti poterat quin ad singulos ictus turpi
formidine horresceret! Itaque procul ab omni sono inconcussus 2
ipse et immotus religato reuinctoque nauigio non secus ac
piaculum aliquod trahebatur. Foeda facies, cum populi Romani 3
imperator alienum cursum alienumque rectorem uelut capta
naue sequeretur. Nec deformitate ista saltim flumina ca- 4
rebant; atque etiam Danubius ac Rhenus ostentum illud
nostri dedecoris uehere gaudebant non minore cum pudore
imperii quod haec Romanae aquilae, Romana signa, Romana
denique ripa quam quod hostium prospectaret, hostium, quibus 5

1 numnibus A | 7 ita om. X | 8 quidem corr. dett., quid ni HX, quid in A | 9 huic Cataneus, hiis M | 15 transferre M recte, cf. Löfstedt Beiträge cet. p. 86 ad Amm. Marc. 21.12.8; Schol. Gron. zu Cic. Verr. I 1.2; Iul. Val. II 15; etiam 'traicere, transmittere' intrans. usurpatur; edd. alius aliud | 20 et immotus edd., etiam immotus M, et iam immotus Baehrens, sed iam abundat | religato revinctoque corr. dett., religatore vinctoque M | 23 <extera> ante saltim add. Baehr.; supradictis lacubus omnia flumina opponuntur | 24 atqui Baehrens | ostentum illud Suster, ostentum illum iam Baehrens, tantum illud M, testem illum Kukula | 27 hostium <turba> Baehrens, sed ripa audiendum est.



moris est eadem illa nunc rigentia gelu flumina aut campis c. 81.1—
superfusa, nunc liquida ac deferentia lustrare nauigiis nandoque
superare. Nec uero per se magno opere laudauerim duritiam 6
corporis ac lacertorum; sed si his ualidior ipso corpore animus
imperitet, quem non fortunae indulgentia emolliat, non copiae
principales ad segnitiem luxumque detorqueant, tunc ego, seu
montibus seu mari exerceatur, et laetum opere corpus et
crescentia laboribus membra mirabor. Video enim iam inde 7
antiquitus maritos dearum ac deum liberos <nec parentum
divinitate> nec dignitate nuptiarum magis quam his artibus
inclaruisse. Simul cogito, cum sint ista ludus et auocamentum 8
quae quantaeque sint huius curae seriae et intentae et a quibus
se in tale otium recipit. Voluptates sunt enim, uoluptates,
quibus optime de cuiusque grauitate sanctitate temperantia
creditur. Nam quis adeo dissolutus cuius non occupationibus 9
aliqua species seueritatis insideat? Otio prodimur. An non plerique
principes hoc idem tempus in aleam stupra luxum conferebant,
cum seriarum laxamenta curarum uitiorum contentione sup-
plerent?

83. Habet hoc primum magna fortuna quod nihil tectum,
nihil occultum esse patitur, principum uero non domus modo
sed cubicula ipsa intimosque secessus recludit omniaque arcana
noscenda famae proponit atque explicat. Sed tibi, Caesar, nihil
accommodatius fuerit ad gloriam quam penitus inspici. Sunt 2
quidem praeclara quae in publicum profers, sed non minora
ea quae limine tenes. Est magnificum quod te ab omni contagione
uitiorum reprimis ac reuocas, sed magnificentius quod tuos;
quanto enim magis arduum est alios praestare quam se, tanto 3
laudabilius quod, cum ipse sis optimus, omnes circa te similes

2 <plaustris> lustrare Baehrens | 3 laudaverim per se magnopere X | 4 ipso] toto X | 5 indulgentia emolliat Baehrens, indulgentiae molliat M, indulgentia molliat edd. ant. | non] nec A | 9 <nec parentum divinitate> e.g. cum Schnellio addendum est, cf. c. 11.4, alii alia | 12 quae quantaeque om. X, unde alii alia | huius curae Mueller, huius illae M | 13 tale corr. X, itale AH | 16 insideat corr. ς, insidat M | 20 privum Rittershusius sine causa | 21 non domus modo AH, non modo domus X.

tui fecisti. Multis illustribus dedecori fuit aut inconsultius uxor 4
assumpta aut retenta patientius: ita foris claros domestica
destruebat infamia, et ne maximi ciues haberentur hoc efficie-
batur quod mariti minores erant. Tibi uxor in decus et gloriam 5
cedit. Quid enim illa sanctius? quid antiquius? Nonne, si
pontifici maximo eligenda sit coniunx, aut hanc aut similem
(ubi est autem similis?) elegerit? Quam illa nihil sibi ex fortuna 6
tua nisi gaudium uindicat! quam constanter non potentiam
tuam, sed ipsum te reueretur! Idem estis inuicem quod fuistis,
probati ex aequo, nihilque uobis felicitas addidit, nisi quod scire
coepistis quam bene uterque uestrum felicitatem ferat. Eadem 7
quam modica cultu, quam parca comitatu, quam ciuilis incessu!
Mariti hoc opus, qui ita imbuit, ita instituit: nam uxori sufficit
obsequii gloria. An, cum uideat quam nullus te terror, nulla 8
comitetur ambitio, non et ipsa cum silentio incedat ingredien-
temque pedibus maritum, in quantum patitur sexus, imitetur?
Decuerit hoc illam, etiamsi diuersa tu facias. Sub hac uero mo-
destia uiri quantam debet uerecundiam uxor marito, femina sibi!

84. Soror autem tua ut se sororem esse meminit! ut in illa
tua simplicitas, tua ueritas, tuus candor agnoscitur; ut, si quis
eam uxori tuae conferat, dubitare cogatur utrum sit efficacius
ad recte uiuendum bene institui an feliciter nasci. Nihil est 2
tam pronum ad simultates quam aemulatio, in feminis praeser-
tim: ea porro maxime nascitur ex coniunctione, alitur aequali-
tate, exardescit inuidia, cuius finis est odium. Quo quidem 3
admirabilius existimandum est quod mulieribus duabus in una
domo parique fortuna nullum certamen, nulla contentio est.
Suspiciunt inuicem, inuicem cedunt, cumque te utraque effusis- 4
sime diligat, nihil sua putant interesse utram tu magis ames.
Idem utrique propositum, idem tenor uitae, nihilque ex quo
sentias duas esse. Te enim imitari, te subsequi student. Ideo 5

1 effecisti X | 3 efficiebat X, cf. Praef. p. 29 | 8 quam illa constanter A, cf. Praef. p. 29 | 10 probati Perizonius, probatis M, idem probatis Gierig | 14 nullus te terror AH, te nullus terror X | 15 comitatur A | 22 an corr. ς, aut M | 25 exardescit edd., et ardescit M | 30 idem corr. ς, idemque M.



utraque mores eosdem quia utraque tuos habet. Inde moderatio, c. 38.3—8
inde etiam perpetua securitas. Neque enim umquam periclita-
buntur esse priuatae quae non desierunt. Obtulerat illis senatus 6
cognomen Augustarum, quod certatim deprecatae sunt quam
diu appellationem patris patriae tu recusasses, seu quod plus
esse in eo iudicabant, si uxor et soror tua quam si Augustae
dicerentur. Sed quaecumque illis ratio tantam modestiam suasit, 7
hoc magis dignae sunt quae in animis nostris et sint et habeantur
augustae, quia non uocantur. Quid enim laudabilius feminis 8
quam si uerum honorem non in splendore titulorum, sed in
iudiciis hominum reponant magnisque nominibus pares se faciant,
et dum recusant?

85. Iam etiam in priuatorum animis exoleuerat priscum
mortalium bonum, amicitia, cuius in locum migrauerant assen-
tationes, blanditiae et peior odio amoris simulatio. Etenim in
principum domo nomen tantum amicitiae, inane scilicet irrisum-
que, remanebat. Nam qui poterat esse inter eos amicitia, 2
quorum sibi alii domini, alii serui uidebantur? Tu hanc pulsam
et errantem reduxisti: habes amicos, quia amicus ipse es. Neque 3
enim ut alia subiectis ita amor imperatur, neque est ullus
affectus tam erectus et liber et dominationis impatiens nec qui
magis uices exigat. Potest fortasse princeps inique, potest 4
tamen odio esse non nullis, etiamsi ipse non oderit: amari, nisi
ipse amet, non potest. Diligis ergo, cum diligaris, et in eo 5
quod utrimque honestissimum est tota gloria tua est; qui superior
factus descendis in omnia familiaritatis officia et in amicum ex
imperatore summitteris, immo tunc maxime imperatorem, cum
amicum agis. Etenim cum plurimis amicitiis fortuna principum 6
indigeat, praecipuum est principis opus amicos parare. Placeat 7
tibi semper haec secta, et cum reliquas uirtutes tuas tum hanc

4 <seu> quamdiu Schnelle | 5 vel quod Baehrens, cf. Mueller: Über den Gebrauch von 'sive' Berol. 1871 p. 28 | 7 dicentur A | 13 iam etiam edd., iam etiam et M, iam et Livineius | 15 odio w, ordo M | 16 nomen] non A | 22 princeps fortasse Keil sine causa | 26 factus corr. dett., facis M | 27 imperatorem Keil, imperator M, imperatores Livineius | 29 verba amicos — 161.7 et ille qui habet R | parere R | 30 reliquas] alias M | tunc R.

constantissime teneas, nec umquam tibi persuadeatur humile
esse principi nisi odisse. Iucundissimum est in rebus humanis
amari, sed non minus amare. Quorum utroque ita frueris ut, 8
cum ipse ardentissime diligas, adhuc tamen ardentius diligaris,
primum quia facilius est unum amare quam multos, deinde
quia tibi amicos tuos obligandi adest facultas tanta ut nemo te
possit nisi ingratus non magis amare.

86. Operae pretium est referre quod tormentum tibi iniunx-
eris ne quid amico negares. Dimisisti optimum uirum tibique
carissimum inuitus et tristis et quasi retinere non posses.
Quantum amares eum desiderio expertus es, distractus sepa-
ratusque, dum cedis et uinceris. Ita, quod fando inauditum, 2
cum princeps et principis amicus diuersa uelletis, id potius
factum est quod amicus uolebat. O rem memoriae litterisque
mandandam: praefectum praetorio non ex ingerentibus se, sed
ex subtrahentibus legere eundemque otio quod pertinaciter amet
reddere, cumque sis ipse distentus imperii curis, non quietis
gloriam cuiquam inuidere. Intellegimus, Caesar, quantum tibi 3
pro laboriosa ista statione et exercita debeamus, cum otium a
te tamquam res optima et petatur et detur. Quam ego audio
confusionem tuam fuisse, cum digredientem prosequereris!
Prosecutus es enim nec temperasti tibi quo minus exeunti in
litore amplexus, in litore osculum ferres. Stetit Caesar in illa 4
amicitiae specula, stetit precatusque est abeunti prona maria
celeremque, si tamen ipse uoluisset, recursum nec sustinuit

1 tibi om. M | 2 principis R | 4 diligares R | 6 tanta facultas inest R edd. pars, cf. Praef. p. 35 | 8 tibi] sibi R | 10 rarissimum R | 11 quantumque R edd. sed cf. diss. p. 43 | 12 quod om. A | inauditum est quod cum R | 13 principis] principes R | 14 tactum est R | o et que om. R | memoriae litteris R, Kukula coll. Kraut p. 44, sed que facile in R excidisse potest | 15 praetorii M | se om. M | 16 e M | quod] quem X | 17 imperii curis] in periculis R | non quietis bis R | 18 gratiam Schwarz, sed cf. c. 86.6 | 19 et om. R | 22 post prosecutus R es habet in ras., om. M, Kuk. coll. Ep. II 2,2; IX 2,2; X 54,2; Pan. c. 16.3; cf. p. 174 Lagergr., sed numquam ante verbum ita a Plinio adhibetur nec | te imperasti M | 23 posterius in litore om. M | feres A | 24 stetit om. M | est abeunti prona om. M.



recedentem non etiam atque etiam uotis, lacrimis sequi. Nam 5 c. 85.7—
de liberalitate taceo. Quibus enim muneribus aequari haec cura
principis, haec patientia potest, qua meruisti ut ille sibi nimium
fortis ac prope durus uideretur? Nec dubito quin agitauerit
secum an gubernacula retorqueret, et fecisset, nisi quod paene
ipso contubernio principis felicius iucundiusque est desiderare
principem desiderantem. Et ille quidem ut maximo fructu 6
suscepti ita maiore depositi officii gloria fruitur, tu autem
facilitate ista consecutus es ne quem retinere uidearis inuitum.

87. Ciuile hoc et parenti publico conuenientissimum, nihil
cogere semperque meminisse nullam tantam potestatem cui-
quam dari posse ut non sit gratior potestate libertas. Dignus 2
es, Caesar, qui officia mandes deponere optantibus, qui peten-
tibus uacationem inuitus quidem, sed tamen tribuas, qui ab
amicis orantibus requiem non te relinqui putes, qui semper
inuenias et quos ex otio reuoces et quos otio reddas. Vos quo- 3
que, quos parens noster familiariter inspicere dignatur, fouete
iudicium eius quod de uobis habet: hic uester labor est. Prin- 4
ceps enim, cum in uno probauit amare se scire, uacat culpa,
si alios minus amat. Ipsum quidem quis mediocriter diligat,
cum leges amandi non det sed accipiat? Hic praesens, ille
mauult absens amari; uterque amatur ut mauult: nemo in tae-
dium praesentia, nemo in obliuionem absentia venit. Tenet
quisque locum quem semel meruit, faciliusque est ut oculis
eius uultus absentis quam ut animo caritas excidat.

88. Plerique principes, cum essent ciuium domini, libertorum
erant serui: horum consiliis, horum nutu regebantur, per hos
audiebant, per hos loquebantur, per hos praeturae etiam et
sacerdotia et consulatus, immo ab his petebantur. Tu libertis 2
tuis summum quidem honorem, sed tamquam libertis habes
abundeque sufficere his credis, si probi et frugi existimentur.

1 atque . . votis et lacrimis R, edd. pars, sed cf. Kraut p. 44 sq. | 3 quā eruisti AH | 4 videtur R | 5 quo M | 7 ille qui hic desin. R | fructu ς, fructus M | 10 civile hoc erat X | 16 otio revoces et quos om. A | 17 fovete corr. ς, fovet M | 22 amatur Schaefer, ametur M | 23 venit corr. ς, veniat M | 24 quisque corr. dett., quis M | 27 nutu corr. X, natu AH | 28 per hos loquebantur om. A | 29 immo et ab X.

Scis enim praecipuum esse indicium non magni principis magnos
libertos. Ac primum neminem in usu habes nisi aut tibi aut 3
patri tuo aut optimo cuique principum dilectum spectatumque;
deinde hos ipsos cotidie ita formas ut se non tua fortuna, sed sua
metiantur: et tanto magis digni sunt quibus honor omnis praeste-
tur a nobis, quia non est necesse. Iustisne de causis senatus 4
populusque Romanus optimi tibi cognomen adiecit? Paratum
id quidem et in medio positum, nouum tamen. Scias neminem
ante meruisse, quod non erat excogitandum, si quis meruisset.
An satius fuit felicem uocare? quod non moribus, sed fortunae 5
datum est. Satius magnum? cui plus inuidiae quam pulchritu-
dinis inest. Adoptauit te optimus princeps in suum, senatus
in optimi nomen. Hoc tibi tam proprium quam paternum; nec 6
magis distincte definiteque designat qui Traianum quam qui
optimum appellat, ut olim frugalitate Pisones, sapientia Laelii,
pietate Metelli monstrabantur; quae simul omnia uno isto nomine
continentur. Nec uideri potest optimus nisi qui est optimis
omnibus in sua cuiusque laude praestantior. Merito tibi ergo 7
post ceteras appellationes haec est addita ut maior. Minus est
enim imperatorem et Caesarem et Augustum quam omnibus
imperatoribus et Caesaribus et Augustis esse meliorem. Ideoque 8
ille parens hominum deorumque optimi prius, nomine deinde
maximi colitur. Quo praeclarior laus tua, quem non minus
constat optimum esse quam maximum. Assecutus es nomen 9
quod ad alium transire non possit, nisi ut appareat in bono
principe alienum, in malo falsum, quod licet omnes postea
usurpent, semper tamen agnoscetur ut tuum. Etenim ut nomine 10
Augusti admonemur eius cui primum dicatum est, ita haec
optimi appellatio numquam memoriae hominum sine te recurret,

1 iudicium A | 3 spectatumque Gesner, statimque M, aestimatumque Gruterus, probatumque Arntzen | 4 deinde hos ipsos cotidie Burkhard, hos ipsos cotidie deinde M, cotidie; hos ipsos deinde Baehrens; an hos ipsos deinde, deleto cotidie, legendum est? | 5 mentiantur A | sunt om. X | 14 diffiniteque M | 15 leli M | 17 optimus omnibus AH, omnibus optimus X | 22 prius om. A | nomine post maximi ponit X, cf. Praef. p. 43 | 28 tui A.



quotiensque posteri nostri optimum aliquem uocare cogentur, c. 88.2—
totiens recordabuntur quis meruerit uocari.

89. Quanto nunc, diue Nerua, gaudio frueris, cum uides et
esse optimum et dici quem tamquam optimum elegisti! quam
laetum tibi quod comparatus filio tuo uinceris! Neque enim
alio magis approbatur animi tui magnitudo quam quod optimus
ipse non timuisti eligere meliorem. Sed et tu, pater Traiane, 2
(nam tu quoque, si non sidera, proximam tamen sideribus
obtines sedem) quantam percipis uoluptatem, cum illum tribu-
num, illum militem tuum tantum imperatorem, tantum princi-
pem cernis, cumque eo qui adoptauit amicissime contendis
pulchrius fuerit genuisse talem an elegisse! Macte uterque ingenti 3
in rem publicam merito, cui hoc tantum boni contulistis! Licet
alteri uestrum filii uirtus triumphalia, caelum alteri dederit,
non minor tamen uestra laus quod ista per filium quam si ipsi
meruissetis.

90. Scio, patres conscripti, cum ceteros ciues tum praecipue
consules oportere sic affici ut se publice magis quam priuatim
obligatos putent. Ut enim malos principes rectius pulchriusque 2
est ex communibus iniuriis odisse quam ex propriis, ita boni
speciosius amantur ob ea quae generi humano quam quae
hominibus praestant. Quia tamen in consuetudinem uertit ut 3
consules publica gratiarum actione perlata suo quoque nomine
quantum debeant principi profiteantur, concedite me non pro
me magis munere isto quam pro collega meo Cornuto Tertullo,
clarissimo uiro, fungi. Cur enim non pro illo quoque gratias 4
agam, pro quo non minus debeo? praesertim cum indulgentis-
simus imperator in concordia nostra ea praestiterit ambobus
quae, si tantum in alterum contulisset, ambos tamen aequaliter
obligasset. Utrumque nostrum ille optimi cuiusque spoliator et 5
carnifex stragibus amicorum et in proximum iacto fulmine af-
flauerat. Isdem enim amicis gloriabamur, eosdem amissos
lugebamus, ac sicut <nunc> spes gaudiumque, ita tunc com-

12 fuerit Livineius, fuisse M | 14 dedit A | 20 ex om. X | 23 peracta Ernestius, perorata mavult Baehrens, sed cf. Burkhard p. 179 cf. Ep. I 23.5, V 13.4 | 28 ambolus A | 33 <nunc> add. a, om. M.

Scis enim praecipuum esse indicium non magni principis magnos
libertos. Ac primum neminem in usu habes nisi aut tibi aut 3
patri tuo aut optimo cuique principum dilectum spectatumque;
deinde hos ipsos cotidie ita formas ut se non tua fortuna, sed sua
metiantur: et tanto magis digni sunt quibus honor omnis praeste-
tur a nobis, quia non est necesse. Iustisne de causis senatus 4
populusque Romanus optimi tibi cognomen adiecit? Paratum
id quidem et in medio positum, nouum tamen. Scias neminem
ante meruisse, quod non erat excogitandum, si quis meruisset.
An satius fuit felicem uocare? quod non moribus, sed fortunae 5
datum est. Satius magnum? cui plus inuidiae quam pulchritu-
dinis inest. Adoptauit te optimus princeps in suum, senatus
in optimi nomen. Hoc tibi tam proprium quam paternum; nec 6
magis distincte definiteque designat qui Traianum quam qui
optimum appellat, ut olim frugalitate Pisones, sapientia Laelii,
pietate Metelli monstrabantur; quae simul omnia uno isto nomine
continentur. Nec uideri potest optimus nisi qui est optimis
omnibus in sua cuiusque laude praestantior. Merito tibi ergo 7
post ceteras appellationes haec est addita ut maior. Minus est
enim imperatorem et Caesarem et Augustum quam omnibus
imperatoribus et Caesaribus et Augustis esse meliorem. Ideoque 8
ille parens hominum deorumque optimi prius, nomine deinde
maximi colitur. Quo praeclarior laus tua, quem non minus
constat optimum esse quam maximum. Assecutus es nomen 9
quod ad alium transire non possit, nisi ut appareat in bono
principe alienum, in malo falsum, quod licet omnes postea
usurpent, semper tamen agnoscetur ut tuum. Etenim ut nomine 10
Augusti admonemur eius cui primum dicatum est, ita haec
optimi appellatio numquam memoriae hominum sine te recurret,

1 iudicium A | 3 spectatumque Gesner, statimque M, aestimatumque Gruterus, probatumque Arntzen | 4 deinde hos ipsos cotidie Burkhard, hos ipsos cotidie deinde M, cotidie; hos ipsos deinde Baehrens; an hos ipsos deinde, deleto cotidie, legendum est? | 5 mentiantur A | sunt om. X | 14 diffiniteque M | 15 leli M | 17 optimus omnibus AH, omnibus optimus X | 22 prius om. A | nomine post maximi ponit X, cf. Praef. p. 43 | 28 tui A.



quotiensque posteri nostri optimum aliquem uocare cogentur,
totiens recordabuntur quis meruerit uocari.
89. Quanto nunc, diue Nerua, gaudio frueris, cum uides et
esse optimum et dici quem tamquam optimum elegisti! quam
laetum tibi quod comparatus filio tuo uinceris! Neque enim
alio magis approbatur animi tui magnitudo quam quod optimus
ipse non timuisti eligere meliorem. Sed et tu, pater Traiane, 2
(nam tu quoque, si non sidera, proximam tamen sideribus
obtines sedem) quantam percipis uoluptatem, cum illum tribu-
num, illum militem tuum tantum imperatorem, tantum princi-
pem cernis, cumque eo qui adoptauit amicissime contendis
pulchrius fuerit genuisse talem an elegisse! Macte uterque ingenti 3
in rem publicam merito, cui hoc tantum boni contulistis! Licet
alteri uestrum filii uirtus triumphalia, caelum alteri dederit,
non minor tamen uestra laus quod ista per filium quam si ipsi
meruissetis.
90. Scio, patres conscripti, cum ceteros ciues tum praecipue
consules oportere sic affici ut se publice magis quam priuatim
obligatos putent. Ut enim malos principes rectius pulchriusque 2
est ex communibus iniuriis odisse quam ex propriis, ita boni
speciosius amantur ob ea quae generi humano quam quae
hominibus praestant. Quia tamen in consuetudinem uertit ut 3
consules publica gratiarum actione perlata suo quoque nomine
quantum debeant principi profiteantur, concedite me non pro
me magis munere isto quam pro collega meo Cornuto Tertullo,
clarissimo uiro, fungi. Cur enim non pro illo quoque gratias 4
agam, pro quo non minus debeo? praesertim cum indulgentis-
simus imperator in concordia nostra ea praestiterit ambobus
quae, si tantum in alterum contulisset, ambos tamen aequaliter
obligasset. Utrumque nostrum ille optimi cuiusque spoliator et 5
carnifex stragibus amicorum et in proximum iacto fulmine af-
flauerat. Isdem enim amicis gloriabamur, eosdem amissos
lugebamus, ac sicut <nunc> spes gaudiumque, ita tunc com-

12 fuerit Livineius, fuisse M | 14 dedit A | 20 ex om. X | 23 peracta Ernestius, perorata mavult Baehrens, sed cf. Burkhard p. 179 cf. Ep. I 23.5, V 13.4 | 28 ambolus A | 33 <nunc> add. a, om. M.

munis nobis dolor et metus erat. Habuerat hunc honorem 6
periculis nostris diuus Nerua ut nos, etsi minus ut bonos, pro-
mouere uellet, quia mutati saeculi signum et hoc esset quod
florerent quorum praecipuum uotum ante fuerat ut memoriae
principis elaberentur.

91. Nondum biennium compleueramus in officio laboriosissimo
et maximo, cum tu nobis, optime principum, fortissime imperato-
rum, consulatum obtulisti, ut ad summum honorem gloria
celeritatis accederet: tantum inter te et illos principes interest 2
qui beneficiis suis commendationem ex difficultate captabant
gratioresque accipientibus honores arbitrabantur, si prius illos
desperatio et taedium et similis repulsae mora in notam quandam
pudoremque uertissent. Obstat uerecundia quo minus percen- 3
seamus quo utrumque nostrum testimonio ornaris, ut amore recti,
amore rei publicae priscis illis consulibus aequaueris. Merito necne, 4
neutram in partem decernere audemus, quia nec fas est affir-
mationi tuae derogare et onerosum confiteri uera esse quae de
nobis, praesertim tam magnifica, dixisti. Tu tamen dignus es 5
qui eos consules facias de quibus ista possis praedicare. Tribuas
ueniam quod inter haec beneficia tua gratissimum est nobis
quod nos rursus collegas esse uoluisti. Ita caritas mutua, ita 6
congruens tenor uitae, ita una eademque ratio propositi postu-
labat, cuius ea uis ut morum similitudo concordiae nostrae
gloriam minuat ac perinde sit mirum, si alter nostrum a collega,
ac si a se ipse dissentiat. Non ergo temporarium et subitum est 7
quod uterque collegae consulatu tamquam iterum suo gaudet; nisi
quod tamen qui rursus consules fiunt bis quidem, sed temporibus
diuersis obligantur, nos duos consulatus simul accepimus, simul
gerimus, alterque in altero consules et iterum et pariter sumus.

5 elaberentur corr. ς, elaberemur M | 6 laboriosissimo corr. X, laborissimo AH | 8 gratia Baehrens, cf. ad c. 86.2 | 12 in taedium Baehrens | 13 vertisset Baehrens | percenserimus A | 16 neutrum A | 16 audeamus X | ne fas A | 25 subditum A | 28 simul accepimus AH, accepimus simul X | 29 consules et iterum et pariter sumus Baehrens, cons. sed iterum M, quod Kukula cum Lipsio recepit, sed quoniam ceteri quoque iterum consules sunt, id est Plinii collegaeque proprium, quod non solum iterum, sed etiam eodem tempore iterum consules sunt; prius et igitur omitti non potest.



92. Illud uero quam insigne quod nobis praefectis aerario consu- c. 90.5—
latum ante quam successorem dedisti! Aucta est dignitas
dignitate, nec continuatus tantum sed geminatus est honor,
finemque potestatis alterius, <altera> tamquam parum esset
excipere, praeuenit. Tanta tibi integritatis nostrae fiducia fuit 2
ut non dubitares te salua diligentiae tuae ratione facturum, si
nos post maximum officium priuatos esse non sineres. Quid,
quod eundem in annum consulatum <tuum et> nostrum con-
tulisti? Ergo non alia nos pagina quam te consulem accipiet,
et nostra quoque nomina addentur fastis quibus ipse praescri-
beris. Tu comitiis nostris praesidere, tu nobis sanctissimum 3
illud carmen praeire dignatus es, tuo iudicio consules facti, tua
uoce renuntiati sumus, ut idem honoribus nostris suffragator
in curia, in campo declarator existeres. Nam quod ei nos 4
potissimum mensi attribuisti quem tuus natalis exornat, quam
pulchrum nobis! quibus edicto, quibus spectaculo celebrare con-
tinget diem illum triplici gaudio laetum, qui principem abstulit
pessimum, dedit optimum, meliorem optimo genuit. Nos sub 5
oculis tuis augustior solito currus accipiet, nos inter secunda
omina et uota certantia, quae praesenti tibi conferentur, uehe-
mur alacres et incerti ex utra parte maior auribus nostris
accidat clamor.

93. Super omnia tamen praedicandum uidetur quod pateris
consules esse quos fecisti; quippe nullum periculum, nullus ex
principe metus consulares animos debilitat et frangit, nihil
inuitis audiendum, nihil coactis decernendum erit. Manet mane-
bitque honori ueneratio sua, nec securitatem auctoritate perde-
mus. Ac si quid forte ex consulatus fastigio fuerit diminutum, 2
nostra haec erit culpa, non saeculi. Licet enim, quantum ad
principem, licet tales consules agere quales ante principes erant.

4 <altera> hoc loco add. Keil, Livineius ante, Mueller post praevenit, cf. Praef. p. 43 | 8 <tuum et> add. Sauppe Philol. XXX 136, om. M, <in quem tuum> consulatum, nostrum Schnelle coll. c. 61.4 | 10 praescriberis Catanaeus, perscriberis M | 14 iam Keil sine necessitate | ei nos Schwarz, eos M | 20 omina corr. ς, omnia M | quae praesenti tibi conferentur bis A | 21 utraque A | 28 diminutum corr. X, deminutum AH.

Ullamne tibi pro beneficiis referre gratiam parem possumus? 3
nisi tamen illam ut semper nos meminerimus consules fuisse
et consules tuos, ea sentiamus, ea censeamus quae consularibus
digna sunt, ita uersemur in re publica ut credamus esse rem
publicàm, non consilium nostrum, non operam subtrahamus nec
defunctos nos et quasi dimissos consulatu, sed quasi astrictos
et deuinctos putemus eundemque locum laboris et curae quem
reuerentiae dignitatisque teneamus.

94. In fine orationis praesides custodesque imperii diuos ego
consul pro rebus humanis ac te praecipue, Capitoline Iuppiter,
precor ut beneficiis tuis faueas tantisque muneribus addas per-
petuitatem. Audisti quae malo principe precabamur, exaudi 2
quae pro dissimillimo optamus. Non te distringimus uotis; non
enim pacem, non concordiam, non securitatem, non opes ora-
mus, non honores: simplex cunctaque ista complexum omnium
uotum est, salus principis. Nec uero nouam tibi iniungimus
curam. Tu enim iam tunc illum in tutelam recepisti, cum 3
praedonis auidissimi faucibus eripuisti; neque enim sine auxilio
tuo, cum altissima quaeque quaterentur, hic qui omnibus excel-
sior erat inconcussus stetit: praeteritus est a pessimo principe
qui praeteriri ab optimo non poterat. Tu clara iudicii tui signa 4
misisti, cum proficiscenti ad exercitum tuo nomine, tuo honore
cessisti. Tu uoce imperatoris quid sentires locutus filium illi,
nobis parentem, tibi pontificem maximum elegisti. Quo maiore 5
fiducia isdem illis uotis quae ipse pro se nuncupari iubet oro
et obtestor, si bene rem publicam, si ex utilitate omnium regit,
primum ut illum nepotibus nostris ac pronepotibus serues,
deinde ut quandoque successorem ei tribuas quem genuerit,
quem formauerit similemque fecerit adoptato, aut, si hoc fato
negatur, in consilio sis eligenti monstresque aliquem quem
adoptari in Capitolio deceat.

95. Uobis, patres conscripti, quantum debeam publicis etiam

6 deiunctos Duebner | 10 consul w, consules M | 12 malo principi edd., pro malo principe w Keil, sed cf. Praef. p. 79 | 17 curam om. X | 20 perterritus X | 21 perterri X | poterat corr. dett, poterit M, potuit edd. ant. | 24 vobis A | 30 sis elegenti edd., si ẹlegenti H, si legenti AX.



monimentis continetur. Vos mihi in tribunatu quietis, in praetura c. 93.3
modestiae, uos in istis etiam officiis quae studiis nostris circa
tuendos socios iniunxeratis cum <fidei> tum constantiae anti-
quissimum testimonium perhibuistis. Vos proxime destinationem 2
consulatus mei his acclamationibus approbauistis ut intellegam
etiam atque etiam enitendum mihi ut hunc consensum uestrum
complectar et teneam et in dies augeam. Etenim memini tunc
uerissime iudicari, meruerit quis honorem necne, cum adeptus
est. Vos modo fauete huic proposito et credite, si cursu quo- 3
dam prouectus ab illo insidiosissimo principe antequam profite-
retur odium bonorum, postquam professus est, substiti; <si>,
cum uiderem quae ad honores compendia paterent, longius iter
malui; si malis temporibus inter maestos et pauentes, bonis
inter securos gaudentesque numeror; si denique in tantum diligo
optimum principem in quantum inuisus pessimo fui. Ego reue-
rentiae uestrae sic semper inseruiam, non ut me consulem et
mox consularem, sed ut candidatum consulatus putem.

2 istis etiam officiis AH, istis officiis etiam X | quae studiis nostris Madvig, qua et e studiis n. M, quae e stud. nostris Keil, (ex Baehrens): 'e' cum Plinii usu non congruens, nil aliud est nisi prothesis: de estudium pro studium in mss. vide Schuch. Vok. II 338 ff, Lindsay The Lat. Lang. p. 120 | 3 <fidei> add. Keil, om. M, cf. Ep. I 7.2; II 9.4; III 9.23; V 13.2 | 9 faveto A | quodam corr. ς, quondam M | 11 <si> add. Heumann, om. M, 'fortasse non necesse' cum Muellero addo, quod 12 cum — 13 malui, cum antecedentibus quam maxime cohaerent | 13 malui w, maluit M | 17 sed ut] et A.

## ERRATA.

Pag. 1,7: pro a filio lege filio.
Pag. 28,8: pro Ep. II 17.24, VII 1.6 lege Ep. VI 20.9, VII 26.2.
Pag. 88,33: pro Philologus XLVIII lege Philologus LXIV.

# THESES.

## THESES.

I.

In solutae orationis scriptoribus Latinis edendis semper editori clausularum leges observandae sunt.

II.

Arnobius clausulam rhetoricam adhibuit.

III.

Rossbach in editione Flori non semper meliorem e Bambergensis et Nazariani lectionibus elegit.

IV.

Minus recte Kukula in Plinii minoris editione recentissima cum Hofackero legit: p. 17.24 *decor senatorius*, p. 87.17 *officio necessario*, p. 91.22 *potuisset efficere*. P. 23.29 lectio codicum RFA: *ac plerumque parvae res maxime trahuntur*, quam Kukula recepit, damnanda est.

V.

Statii Thebaidos codex Palatinus (1689, membr., in 8, f. 43, saec. XIII initio) cum D quam maxime facit neque omnino spernendus est.

VI.

In Arte Fortunatiani et Fragmentis Caesii Bassi et Donatiani edendis (cf. Keil G. L. VI p. 246 sqq.) codice Neapolitano IV A 11 solo nobis opus est.

VII.

In Minucii Felicis Octavio c. 40.2 lectio itaque quod pertineat ad summam quaestionis retinenda est. In fine eiusdem capitis legendum est: ego et quod hic crediderit et quod hic vicerit.

VIII.

Libellum, qui Origo gentis Romanae inscribitur, ab uno eodemque compilatore scriptum esse (aliter iudicat J. W. Beck Mnem. 1894 p. 338) posterioris Latinitatis indoles indicat.

IX.

In Iulii Valerii 'Res Gestae Alexandri Macedonis' editor Kübler II 25 (p. 88.6) perperam cumque reficiendo corpori ciboque capiendo <dediti> essent edidit: nil addendum est.

X.

Hartelium in Luciferi editione (C. Eccl. Vind. vol. XIV) substantivis quartae, quae dicitur, declinationis formas in os exeuntes abiudicasse improbandum est.

XI.

Apollonii Tyrii operis illam formam, quam E. Klebs in die Erzählung des Apollinius Tyrius cet. Berlin 1899 littera R indicat, ex formis traditis RA et RB erui posse verisimile iudico.

XII.

Formae pendĕre pro pendēre et capriolus pro capreolus, quas in vulgari Latinitate exstitisse ostendunt linguae Romanicae, revera iam in litteris Romanis occurrunt.

XIII.

Schanzii et Teuffelii 'de litterarum Romanarum historia' opera non ex omni parte historiam litterarum praebent.



XIV.

In medii aevi carmine, quod Karolus Magnus et Leo Papa inscribitur (cf. Mon. Germ. Hist. Poëtarum Lat. Aev. Carol. I p. 366): v. 89 rudis, v. 165 auroque, v. 109 bullentis aquae retinendum, v. 290 terit alta legendum est.

XV.

In eo carmine medii aevi, quod Ierusalem civitas inclita inscribitur (cf. Archives de l'Orient Latin I 580), versus 45—68 post v. 24 transponendi sunt. In eodem carmine ante v. 89 duo versus exciderunt.

XVI.

Vocabulum babaecalum fortasse ex lingua Graeca explicare licet.

XVII.

Praepostere nonnulli viri docti in Aeschyli Choëphoris v. 621 (623)—628 (630) post v. 629 (631)—636 (638), i. c. stropham post antistropham posuerunt.

XVIII.

Diagoram Melium priore quinti saeculi parte floruisse pro certo habeo.

XIX.

Iniuria contendit G. Pasquali (cf. Studi Storici per l'Antichità classica 1908 p. 46 sqq.) auctorem papyri a Nicole sub titulo 'l'apologie d'Antiphon' editi minime Antiphontem esse.

XX.

Isocrates in Panathenaico suo saepius Xenophontem respicit.

XXI.

Kerkidas iambographus — quantum nunc iudicare licet — idem est atque Kerkidas Megalopolitanus maior.

XXII.

Minus recte in novis Phoenicis Colophonii fragmentis (cf. Gerhard: Phoenix von Colophon, Leipzig und Berlin 1909) v. 77 Bucherer μέν᾽ ἔχειν proponit, quod non minus quam v. 85 κίονας (ita Gerhard) prorsus damnandum est.

XXIII.

Luciani ratio exempla imitandi ostendit minus recte Herwerdenum Nigr. c. 7 i. f. κατέλιπε τὸ κέντρον τοῖς ἀκούουσιν proposuisse (cf. Mus. Rhen. 1908 p. 3), eundem Hercul. c. 8 i. f. τε καὶ frustra delere.

XXIV.

In medio musei Capitolini sarcophago (Helbig n$^0$. 451), in quo Liberi educatio repraesentatur, non habemus ascoliasmon, sed puerum a Sileno vapulantem, quia vinum furatus est.

XXV.

In altera parte exteriore phialae cuiusdam, quae in Museo Orvietano servata in Mon. ined. d. Ist. XI tav. XXXIII edita est, Achillem Scyro in Troadem proficiscentem repraesentari iniuria putat Lohr (Arch.-Epigr. Mitth. aus Oesterreich-Ungarn p. 161 sqq.).

XXVI.

Inter fragmenta, quae Romae in villa Doria-Pamphili parieti casulae domui proximae inserta sunt, sarcophagi fragmentum latet, in quo Achilles Scyri deprensus repraesentabatur.

XXVII.

Diocletianus, antequam in Rhaetiam ingressus est, a$^0$ 287 cum Maximiano convenit.

XXVIII.

Panegyr. VII 8,1 argumentis historicis et geographicis probatur cum codicibus Scaldis nec cum Iunio Vahalis scribendum esse.



XXIX.

Iniuria Crivellucci (cf. Studi Storici II p. 374 sqq.) auctorem libelli qui de Mortibus persecutorum inscribitur, e Panegyrico IX hausisse existimat.

XXX.

Neque Panegyr. II—IX, ut putat Seeck, neque Panegyr. IV—IX, ut opinatur Schanz, uni scriptori attribuendi sunt.

XXXI.

Fragmenta actorum Fratrum Arvalium, quae Henzen sub titulo Claudii A et B affert et annis 43—48 attribuit, annis 43—46 attribuenda sunt.

XXXII.

Florus epitomam suam sine dubio aetate Hadriani in lucem emisit.

XXXIII.

Anno MCLXIII p. Chr. n. Fridericus, cognomine Barbarossa, per Alpes occidentales in Italiam contendit.

XXXIV.

Dolendum est, quod hodie ab iis, qui litterarum classicarum studiosi summos in Facultate Litterarum et Philosophiae honores petituri sunt, nullam linguae Sanscriticae et dialectorum Italicarum notitiam lex in examine sollemni postulat.

